UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/symbolaecriticae00dilt

[Dilthey, C.]

[Symbolae criticae ad Pythagoram Graecum ex libris manu scriptis petitae.]

[1891]

Title from: Catalogus dissertationum philologicarum Classicarum. Ed 2. 1910.

Leipzig [illegible] - Göttingen.

24428
26/8/92

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
PRORECTOR
IOHANNES ORTH
CUM SENATU.

I.

Anthologiae epigrammatum futurus editor haud exsolvendus erit a libri Marciani Planudis manu scripti nova conlatione. Iani Lascaris enim *Ἀνθολογία διαφόρων ἐπιγραμμάτων* litteris uncialibus impressa anno 1494, Planudeae editionum et tempore et fide princeps, quamquam religiose admodum codicem exprimit et perraro tantum ab eo discedit, ut ipsius vicem possit praestare videri, est tamen ubi scripti exemplaris lectiones tales, quae nimis impediturae esse legentem vel maculaturae librum splendidum viderentur, modeste fere, quantum quidem observavi, emendare studeat. quod exemplo uno eoque luculento demonstrabo.

Recentiore tempore viri docti varie disputaverunt de Crinagorae carmine illo, quod a Planude solo memoriae proditum legitur in Iacobsii appendice Planudea sive anthologiae libro XVI n. 40:

Γείτονες οὐ τρισσαὶ μοῦνον Τύχαι ἔπρεπον εἶναι,
Κρίσπε, βαθυπλούτου σῆς ἕνεκεν κραδίης,
ἀλλὰ καὶ αἱ πάντων πᾶσαι· τί γὰρ ἀνδρὶ τοσῷδε
ἀρκέσει εἰς ἑτάρων μυρίον εὐφροσύνην;
νῦν δέ σε καὶ τούτων κρέσσων ἐπὶ μεῖζον ἀέξοι
Καῖσαρ· τίς κείνου χωρὶς ἄρηρε Τύχη;

Carminis et artificio insigni et personarum rerumque, quae insunt, memoria viva nobilitati intellectum gradatim aperuerunt Geistius *Krinagoras von Mytilene* p. 29 sq., O. Iahnius in Herma Berolinensi II 245, Zangemeisterus eiusdem Hermae voluminis p. 469[1]), et cum Zangemeistero, cuius forte immemor fuit, fere concinens Buechelerus musei Rhenani novi v. XXXVI (1881) p. 331.

Crinagoras igitur Mytilenaeus, qui Octaviae, Marcelli matris, domesticus et cum aula Augusta coniunctus Romae vivebat, Crispi Sallustii illius ob opum regalium usum magnificum et sumptuosum ab Horatio celebrati, a Tacito notati, quem Sallustius rerum

1) Cf. etiam H. Iordani disputationem *archaeolog. Zeitung* vol. XXVIII (1872) p. 79 sqq. et ad Prelleri mythologiam Romanam II³ 183 not. 3.

scriptor, aviae frater, adoptaverat, Caesar Augustus in familiaritatem receperat, praedicat munificam erga amicos benignitatem eamque Caesari de meliore nota commendat. 'tibi, Sallusti, ait, praedivitis tui pectoris causa (scite opulentiam refert ad animum generosum) non tres Fortunas illas (quorum templa erant ad portam Collinam prope hortos Sallustianos, quos Crispus, Crinagorae fautor, hereditate acceptos coluisse censendus est), sed omnium omnes vicinas esse decebat: quae enim viro tam magnifico satis erit infinitas ad iuvandos amicos?' ita enim recte Buechelerus enarravit graeca

τί γὰρ ἀνδρὶ τοσῷδε
ἀρκέσει εἰς ἑτάρων μυρίον εὐφροσύνην;

nisi quod εὐφροσύνης interpretationem poetae cogitationi magis quam vocabulo graeco accomodavit. nam ut haec nunc scripta leguntur, Crispus prospexit amicorum hilaritati sive laetitiae convivali; ad hanc enim referre solent poetae vocabulum quod est εὐφροσύνη[1]), qui usus originem traxit ab Homero. iam vero Planudes minime scripsit εὐφροσύνην, sed, ut multis abhinc annis Venetiae e codice enotavi, εὐσο, neque quidquam ultra. adparet, vocabulum quod ille nescio qua de causa imperfectum reliquit, exscribendum esse εὐσοΐην. iam Lascaris εὐφροσύνην posuit, quod omnes deinceps editores, cum nullus Planudis librum iterum evolverit, securi repetierunt. Crinagoras, poeta eruditissimus et in verbis exquirendis ambitiosus, vocem raram sublegisse Sophocli videtur, qui eo usus est in Oed. Col. v. 390

σὲ τοῖς ἐκεῖ ζητητὸν ἀνθρώποις ποτὲ
θανόντ' ἔσεσθαι ζῶντά τ', εὐσοίας χάριν.

quem ad versum scholiographus, εὔσοιαν δὲ φασὶ τὴν εὐθένειαν explicans, alterum simul exemplum producit ex Amphitryone Sophoclis (frg. 119)

ἐπεὶ δὲ βλάστοι, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν
εὔσοιαν ἀρκεῖ.

Hesychius habet εὔσοια· εὐθηνία. σωτηρία[2]). itaque Crispus dearum trium salutiferarum accola saluti et prosperitati, non hilaritati prospexit amicorum.

V. 3 quod scripsit Crinagoras αἳ πάντων πᾶσαι, optime Buechelerus, artis poetae subtilis existimator, animadvertit, tribus Fortunis opponi id genus Fortunarum, quod ab hominibus Romani denominare consuessent, qualis erat Torquatiana Esquiliis. itaque poeta figuram dicendi, quae communiter fere inserviebat augendae nominis notioni[3]), argute traduxit ad propriam significationem. ac redit Crinagoras in extremo

---

1) Ex ipsa anthologia haec exempla in promptu sunt: IV 3, 132; VII 329, 4; VIII 24, 4; IX 375, 6; XI 63, 4; Plan. IV 201, 6; append. 110, 6; quibus addi debet Xenophanis frg. 1, 4

κρατὴρ δ' ἔστηκεν μεστὸς εὐφροσύνης,

unde cum alia epigrammata colorem duxerunt tum Macedonii in anth. Pal. XI 63, 4

ἄγχι δὲ ληνὸς
ἀντὶ πίθου, λιπαρῆς ἔνδιον εὐφροσύνης.

2) Specie tandummodo simile est vocabulum, quod Crinagoras VI 253, 8 in exitu pentametri posuit ἐλαφοσσοΐης vel potius ἐλαφησοΐης, ita enim scribendum videtur. eiusdem epigrammatis initium ita correxerim

Σπήλυγγες Νυμφῶν ἐυπίδακες αἳ θοὸν ὕδωρ
εἴβουσαι σκολιοῦ τοῦδε κατὰ πρεόνος.

3) Cf. Hauptii opusc. II 154 sqq.

carmine ad eandem singulorum hominum Bonam Fortunam, quamquam verbum adpositum ἄρηρε vix admittit ut ex more nostro littera initiali maiore deam significemus. at constat satis, quam saepe graeci eosque secuti poetae latini sermone inter rei et personae cogitationem ambigue fluctuante talia ludant [1]). —

Haec, quae protuli de Crinagorae ep. 17, exhibui qualia ante hos quattuor annos litteris mandata in scriniis condideram. interim Crinagorae carmina prolegomenis et commentario instructa Rubensohnius edidit, qui nova conlatione codicis Palatini, Planudis non item usus est; quam partem ab illo relictam nuperrime explevit industria Leonis Sternbachii in Studiis Vindobonensibus vol. XII (1890) p. 206 sqq., ubi p. 221 ad versus a nobis tractatos adnotare satis habet: 'denique εὐσο pro εὐφροσύνην Marcianus offert'. dein Conradus Cichorius titulis Mytilenaeis tribus, quorum duos ipse detexit tertium accuratius pleniusque quam ante factum erat edidit, novum lumen attulit vitae Crinagorae. quo etiam hoc contigisse in lucro ponimus, ut canon ille metricus, e quo Rubensohnius tempora carminum Crinagoreorum distinxit, palam corruerit; sunt enim hodie hae praestigiae metricae publici saporis et mirum quam multis occaecant mentis oculos.

II.

Codex Parisinus bibl. nat. suppl. gr. 690, quem Minoides Minas e Graecia attulit, saeculo scriptus XII [2]), rerum copia et facie splendida [3]) quam maxime insignis, inter byzantina multa et accurato studio ex parte perdigna continet etiam paucula, quae in anthologiam epigrammatum cadant, haec quoque pleraque byzantina, omnia byzantinorum hominum gustui consentanea. ex his libri ampli exiguis particulis quae olim Parisiis excerpseram, prolaturus fui cum de epigrammatum syllogis quibusdam minoribus commentarer, sed ne scriptiuncula academica supra solitum modum excresceret, haec seposui; quae nunc aucta et retractata promo. et quod a fide certe iam nihil fere huic opellae deesse videtur, expertae humanitati debeo Guilelmi Froehneri Parisiensis, qui mea enotata pleraque cum codice iterum contulit.

Ad Iuliani Caesaris versus de organo, qui in eo libro leguntur fol. 73ᵛ, in florilegio autem Palatino IX 365, anthologiae Didotianae commentatores mentionem iniciunt codicis Minae (M dico) et praeter inscriptionem [4]) lectiones nonnullas inde adponunt, praetermissa tamen optima in v. 3 ἡμετέροισι δονεῦνται (Pal. ἡμετέροις δονέονται), quae futuro editori non minus recipienda erit quam quae in v. 4 M praebetur ὑπό (cum Pal.),

---

1) Cuius consuetudinis exempla plurima congessit Hauptius in opusc. II 166 sqq.

2) Omontius, *Inventaire sommaire des manuscrits du suppl. grec de la bibl. nat.* p. 80, undecimo tribuit, vix recte. ceterum ipsi auctores, quorum scripta eo volumine continentur, certe ad saec. XI descendunt; ita insunt f. 70 *τοῦ ὑπερτίμου κωνσταντίνου τοῦ ψελλοῦ στίχοι ἰαμβικοὶ εἰς τὴν τελευτὴν τῆς σκλήρινας* (sic), qui incipiunt *Νῦν κοσμικὴ θύελλα, νῦν κοινὴ ζάλη.* cf. de Scleraena Constantini Monomachi paelice eiusque morte ipsum Psellum in Sathae *μεσαιωνικῇ βιβλιοθήκῃ* vol. IV p. 126 sqq.

3) Manu nitidissima scriptum volumen cum titulis et aliis quibusdam auro pictis in usum nobilis alicuius sive regii adulescentuli confectum esse mihi videtur; sed artificii nitorem librarius haud aequavit scripturae fide.

4) *Τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ εἰς τὰ ὄργανα ὁπόταν ἐξήρχετο ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν τῇ προελεύσει: στίχοι ἡρωικοὶ ἐξαίρετοι.*

in v. 8 σκιρτεῦντες, pariter spretae ab editoribus Parisinis. ceterum eisdem scripturis discrepans a Palatino inveni hoc epigramma etiam in codice Vatic. gr. 29, saec. XIII exeuntis [1]), fol. 484, et inveniri suspicor in cognato cod. Vindob. philos. philol. 165 [2]); in utroque libro post hoc carmen sequitur epitaphium Constantinae et Mauricii, quod inest etiam in M et de quo postea nobis tractandum erit.

Prorsus vero effugisse illos videtur parva aenigmatum sylloge, enarrationibus et solutionibus instructa, quae in eodem codice incipit in fol. 79 recto et desinit nunc in eodem verso, quibusdam foliis ablatis truncata. totam adpono qualis scripta est, tacite nil nisi interpunctione et accentu mutato.

Ζήτημα δι' ἐπῶν καὶ ἐλεγείων. οἱ στίχοι τοῦ ζητήματος ἔχουσιν οὕτως·

Ā *Ἀνδρ' ἐμὸν εἷλεν ἐκυρός, ἐκυρὸν δ' ἐμὸς ἔκτανεν ἀνὴρ*
καὶ λαέκυρον καὶ ἐκυρὸς γενέτην.

ἔστιν ἡ ἑρμήνεια τῶν στίχων αὕτη· τὸν ἐμὸν ἄνδρα ὁ ἐμὸς ἀνεῖλε πενθερός, καὶ τὸν ἐμὸν πενθερὸν ἀνεῖλεν ὁ ἐμὸς ἀνήρ, καὶ ὁ ἀδελφὸς τοῦ ἀνδρός μου ἀνεῖλε τὸν ἐμὸν πενθερόν, καὶ ὁ ἐμὸς πενθερὸς ἀνεῖλε τὸν πατέρα μου.

Λύσις. ποῖόν ἐστιν πρόσωπον τὸ ταῦτα λέγον; εἰδέναι χρὴ ὡς ἡ Ἀνδρομάχη ἐστὶν ἡ τούτοις κεχρημένη τοῖς στίχοις. αὕτη γὰρ κατ' ἀρχὰς μὲν γαμετὴ γέγονε τοῦ Ἕκτορος τοῦ Πριάμου παιδός. ταύτης τὸν πατέρα, φημὶ δὴ Ἠετίωνα, ὁ Ἀχιλλεὺς ἀνεῖλεν ἐν τῷ Τρωικῷ πολέμῳ. τὸν δὲ Ἀχιλλέα κατατοξεύει ὁ Πάρις ὁ τοῦ Ἕκτορος ἀδελφός. μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας ἡ Ἀνδρομάχη αἰχμάλωτος γενομένη συνάπτεται πρὸς γάμον τῷ Πύρρῳ τῷ τοῦ Ἀχιλλέως παιδί. λέγει οὖν ὅτι τὸν ἐμὸν ἄνδρα ἐφόνευσεν ὁ ἐμὸς πενθερός, τοῦτ' ἔστι τὸν Ἕκτορα τὸν γενόμενόν μου πρώην ἄνδρα ἐφόνευσεν ὁ Ἀχιλλεὺς ὁ νῦν μου πενθερός, ὡς ἀπὸ Πύρρου. εἶτα λέγει ὅτι τὸν ἐμὸν πενθερὸν ἀνεῖλεν ὁ ἐμὸς
f.79ᵛ *ἀνήρ, τοῦτ' ἔστι Πύρρος ὁ ἀνὴρ μου τὸν Πρίαμον τὸν γενόμενόν μου πρώην πεν|θερὸν ἐφόνευσεν. εἶτα λέγει ὅτι ἀνεῖλεν ὁ ἀνδράδελφός μου τὸν ἐμὸν πενθερόν, τοῦτ' ἔστιν ὁ Πάρις ὁ ἀδελφὸς τοῦ Ἕκτορος τὸν ἐμὸν πενθερὸν τὸν Ἀχιλλέα. εἶτα λέγει ὅτι ὁ ἐμὸς πενθερὸς ἀνεῖλε τὸν ἐμὸν πατέρα, τοῦτ' ἔστιν ὁ Ἀχιλλεὺς τὸν Ἠετίωνα.*

B̄ *Ἄλλο ζήτημα δι' ἐπῶν. ὁ νοῦς τῶν στίχων οὗτος. ἐμάχοντό τινες εἰς λίθους, λαβεῖν οὐκ ἐδύναντο. ἀπόλλυντο* [l. *ἀπώλλυντο*] *ὑπὸ δίψης, καὶ ὕδωρ διὰ τῶν ὤμων ἐξέβαλλον. ἔχει δὲ τὰ ἔπη οὕτως*

Ἐν λίθοις ἐμάχοντο, λίθοις δ' οὐκ ἐνῆν ἑλέσθαι,
δίψα. πολλὺ τὸ ὕδωρ ὑπὲρ ὤμους ἔβαλλον.

Λύσις· τὸ ζήτημα ναύτας ὑποτίθεται περιπετρίσαντας ἐν βράχῃ καὶ τὸ θαλάττιον ἀπὸ τοῦ πλοίου ἐξαντλοῦντες ὕδωρ [3]).

Γ̄ *Ἄλλο ζήτημα. Παράσιτός τις τὴν τοῦ ἀρίστου ὥραν φανταζόμενος συνεχῶς ἐν τῷ ὡρολογίῳ* [l. *ὡρολογείῳ*] *ἀπιὼν* [l. *ἐπιὼν*] *ἐπυνθάνετο, πόστη ἐστὶν ὥρα. ὁ δὲ ὡρολόγος φύσιν μὲν ὢν ὀργίλος πολλάς τε ὀχλήσεις ὑφιστάμενος παρὰ τοῦ παρασίτου σπουδὴν ἐποιήσατο δηλῶσαι μὲν αὐτῷ τὴν ὥραν, ἀμφίβολον δὲ δοῦναι ἀπόκρισιν διὰ στίχων. ἀναγ-*

---

1) Habet subscriptionem hanc *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ παϊσίου ἔτους ϛω* (h. e. anno 1292) et continet Homeri Iliada cum paraphrasi, quam secuntur varia carmina minora, quae Homerum spectant, et duo illa alieni argumenti epigrammata, ea excipit subscriptio.

2) Cf. descriptionem eius libri ab J. H. Chr. Schubarto datam in *Zeitschrift f. d. Alterthumswissenschaft* I (1834) p. 1142 sqq., ex qua versus illi leguntur codicis fol. 88ᵛ.

3) Haec infra corrigentur.

καῖον δὲ προερμηνεῦσαι τὴν διάνοιαν τῶν στίχων, εἶθ' οὕτως ἐπαγαγεῖν καὶ τοὺς στίχους. ἀπεκρίνατο οὖν αὐτῷ οὕτως· ὅσον, φησίν, ποιεῖ τὰ δύο τρία [l. τρίτα] τοῦ παρελθόντος χρόνου τῆς ἡμέρας, τοῦτ' ἔστιν ὅσον ποιεῖ τὸ δίμοιρον τῶν παρελθουσῶν ὡρῶν, τὸ [l. τούτου τὸ?] διπλάσιον περιλείπεται τῇ ἡμέρα [l. τῆς ἡμέρας].

ἐρώτησις. Ὡρολόγων ὀχ' ἄριστε, πόσον παρελήλυθεν ἠώς;
ἀπόκρισις· ὅσον ἀποιχομένοιο δύο τρία δὶς τόσα λείπει.

Λύσις. ἐπειδή, καθὰ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἔφην, οἱ πολλοὶ συντόμως βούλονται τὰ ἀμφίβολα μανθάνειν, δῆλον ποιῶ, ὡς ἡνίκα τὴν ἀπόκρισιν ὁ τοῦ ὡρολογείου προεστὼς δέδωκε, πέμπτη καὶ ἕβδομον ὥρα τῆς ἡμέρας ἦν. ἔλειπον δὲ εἰς συμπλήρωσιν τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἑπτὰ παρὰ ἕβδομον ὥρα [l. ὧραι].

Ἄλλο ζήτημα μονόστιχον.

$\bar{\Delta}$ Εἰμὶ πάθος καὶ ἀνὴρ καὶ ὄρνεον καὶ δένδρον καὶ ὀπόρη.

Λύσις· περὶ φοίνικος λέγει. ὁ γὰρ φοῖνιξ ποτὲ μὲν καλεῖται πάθος, ὅπερ εἴωθε συμβαίνειν περὶ τὰς ὁπλὰς τῶν ἵππων. ἔστι δὲ καὶ ἄνθρωπος, ὡς ὁ Φοῖνιξ ὁ μετὰ τοῦ Ἀχιλλέως. ἔστι δὲ καὶ δένδρον, οἷον ὁ φοῖνιξ οὗτος ὁ καρποφόρος. ἔστι δὲ καὶ ὄρνεον ὑποκείμενον τῷ ἡλίῳ. ἔστι δὲ καὶ ὀπώρα, τοῦτ' ἔστιν αὐτὸς ὁ ἐσθιόμενος καρπὸς τοῦ φοίνικος.

$\bar{E}$ Ἄλλο ζήτημα. Γυνή τις εἶχε φανερὰ μῆλα. ἐκ τούτων δέδωκε τῇδε τῇ γυναικὶ τὸ πέμπτον μέρος τῶν μήλων, τῇδε τῇ γυναικὶ τὸ δέκατον μέρος, τῇδε τῇ γυναικὶ δέδωκεν εἴκοσι δύο μῆλα. ἔμειναν δὲ παρ' αὐτῇ μετὰ τὸ διανεῖμαι τὰ εἰρημένα μῆλα ἕτερα μῆλα ἑκατὸν εἴκοσι. τὸ οὖν ζητούμενον· πόσα μῆλα εἶχεν ἐξ ἀρχῆς ἡ γυνή;

Λύσις· τριακόσια ὀγδοήκοντα μῆλα εἶχεν ἡ γυνή.

Ἄλλο ζήτημα.

$\bar{\varsigma}$ Εἰμὶ χαμαίζηλον ζώων γένος. ἢν δ' ἀφέλῃς μου
γράμμα μόνον, κεφαλῆς γίνομαι ἄλλο μέρος.
ἢν δὲ ἕτερον, ζῶον πάλιν γίνομαι. ἢν δὲ ἄλλο,
οὐ μόνον εὑρήσεις, ἀλλὰ διακόσια.

Λύσις· βοῦς. οὖς. ὗς. $\bar{c}$ διακόσια.

Ἄλλο ζήτημα.

$\bar{Z}$ Οὐδὲν ἔνδον ἔχω καὶ πάντα μοι ἔνδοθέν ἐστι,
προῖκα δ' ἐμῆς ἀρετῆς πᾶσι δίδωμι χάριν.
πάντες δ' ἡμετέρης ἀρετῆς μέγα θαῦμα φέρονται.

Haec ultima sunt in fol. 79 verso. secuntur folia duo vacua chartacea inter membranacea recentiore tempore inserta, deinde in fol. 82 Cosmae monachi canones et odae.

Ex septem eis, quae relicta sunt, problematis maximam partem recentioribus unum apud Athenaeum extat, unum comparet novum, quinque continentur anthologiae Palatinae libro XIV. in his singulae scripturae meliores praebentur; pleraque corrupit foeda illa deformatio, quae ipsa aenigmata byzantina vix dum condita occupavit et quae testatur incredibile studium, quo haec tunc sunt excepta et oribus hominum calamisque repetita. unum numeros adeo perdidit, ut librarius eos non iam agnoverit et pedestrem orationem describere sibi visus sit; quod etiam alias in aenigmatis accidit. enarrationem, quae versus comitatur, initio loquacitate molesta, mox librariorum pigritia sensim exarescens, utilitate haud carere statim adparebit. adornavit autem eam syllogen nescio quis homo byzantinus saeculi fortasse X subsidiis antiquioribus usus institutionis

scholasticae causa[1]); ad commentaria sua provocat ubi adnotat ad aen. 4 καθὰ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἔφην, quae utrum spectent ad aenigmatum editionem atque interpretationem, de qua haec supersunt, an ad alium laborem, non satis mihi liquet. ipsum scholastici hominis nomen aliquando emersurum esse confidimus. ceterum e subsidiis cognatis deducta videntur esse glossemata et scholia, quae ad problemata libri XIV adscripta habet codicis Palatini pars nunc Parisina et quorum partem edidit Duebnerus ad anthologiam Didotianam. verum etiam in aenigmatum versibus corruptis M cum Palatino passim insigniter conspirat. denique ex eisdem copiis fortasse derivata sunt problemata quae leguntur in cod. Paris. 1630 fol. 195[2]).

Iam nunc singula persequemur. initio restituimus titulum

Ζητήματα[3]) δι' ἐπῶν καὶ ἐλεγείων.

deinde prima quaestio his verbis, si quid video, inducitur: οἱ στίχοι τοῦ ᾱ ζητήματος ἔχουσιν οὕτως.

1. Aenigma, quod in M primum, Palatinae anthologiae libri XIV est 9, ubi hanc taetram formam habet

Ἄνδρ' ἐμὸν ἔκταν' ἑκυρός, ἑκυρὸν δ' ἔκτανεν ἀνήρ,
καὶ δαὴρ ἑκυρὸν καὶ ἑκυρὸς γενέτην.

unde interpretes, lexicographi, metrici nostri imputabant auctori falsam vocis quae est ἑκυρός mensuram, quamquam mirum videri debebat, rectam cerni in pentametro, vitiosam in hexametro. iam M absolvit poetam ea barbarie, e quo versus longior hic prodit:

Ἄνδρ' ἐμὸν εἶλ' ἑκυρός, ἑκυρὸν δ' ἐμὸς[4]) ἔκτανεν ἀνήρ.

producta ante ἑκυρός terminatio ος excusationem habet aliquam a caesura, graviorem ab arte Homerica, in qua insistentes alii quoque poetae aetate inferiores, veluti Apollonius Arg. IV 815, vocabulum illud in versu ita illigant tamquam si a consona littera ordiatur; eodem iure hiatus admissus est in pentametro καὶ ἑκυρός. solutionem in M scholastica diligentia expositam breviter indicat cod. Parisinus 1409[5]); eandem Iacobsius a Buttmanno inventam dederat.

2. Secundum problema, quod originis aliquanto vetustioris est et apud Graecos olim erat celebratum, in anthologia non extat, sed ex Clearcho ab Athenaeo X p. 457 b, ex Athenaeo a scholiasta Hermogenis in Walzii Rhet. gr. VII 2 p. 949 et in cod. Laurent. miscellaneo plut. 32, 16[6]) excerptum habetur plenius versibus tribus hisce

---

1) Cf. quae in cod. Pal. libro XIV superscripta sunt: γυμνασίας χάριν καὶ ταῦτα τοῖς φιλοπόνοις προτίθημι, ἵνα γνῷς, τί μὲν παλαιῶν παῖδες, τί δὲ νέων.

2) Cf. commentationem meam de epigr. gr. syllogis quibusd. minor. p. 25, ubi invitus ordinem inverti primi et secundi problematis; sequitur enim in B illud anth. Pal. XIV 2 (non 12, ut operarum vitio impressum est) post XIV 1.

3) Id ipsum ego enotaveram; at Froehnerus testatur Ζήτημα.

4) Itaque veri partem servavit cod. Parisinus 1409 a Boissonadio ad Gregor. Corinth. p. 407 adhibitus, in quo is versus ita scribitur

Ἄνδρ' ἐμὸν ἔκταν' ἑκυρὸς, ἑκυρὸν ἐμὸν κτάνεν ἀνήρ.

etiam Laur. plut. 32, 16 retinuit pronomen.

5) Cf. Boissonadium l. c. et in anthologia Didotiana ad XIV 9.

6) Cf. Piccolum *Supplément à l'anth. grecque* p. 192, Hercherum *Hermes* II 224; Kaibelus ad Athenaei l. c. fallitur. versum alterum proverbii instar circumlatum esse discitur ex Plutarcho, qui eo utitur, quaest. conviv. IV 1, 1.

Πέντ' ἄνδρες δέκα ναυσὶ [1]) *κατέδραμον* [2]) *εἰς ἕνα χῶρον,*
ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι,
δίψῃ [3]) *δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου* [4]).

quorum primus in M librariorum incuria amissus est, secundus et tertius corrupti leguntur.

De scripturis vero dubiis priusquam videamus, captiosae quaestionis argumentum stabilimus, quod nunc tandem antiquitus propagatum aperit M. iam enim clarius etiam quam ante elucet, interpretum omnium recentiorum conatus a vero procul aberravisse. nec funditores cogitantur qui praelio navali congressi, nec pugiles qui in pavimento decertantes, dum multo sudore manant, siti excruciantur, neque vero *Λίθον* nomen est unius illorum *ἐν λίθοις* pugnantium [5]). immo vero *τὸ ζήτημα ναύτας ὑποτίθεται περιπετρίσαντας ἐν βράχει καὶ τὸ θαλάττιον ἀπὸ τοῦ πλοίου ἐξαντλοῦντας ὕδωρ.* sic enim haec corrigenda sunt.

Itaque v. 2, qui primus est in M, cum per speciem repugnantia ponat, videlicet viros qui, dum pugnant inter lapides, vel, adverbialiter positum si *ἐν δέ* accipimus, dum in loco illo lapidibus [6]) pugnant, tamen lapidem prehendere et levare non possunt, idem ubi ex mente auctoris ad argumentum callide absconditum refertur, nautas significat qui, navi cautibus in vado latentibus adlisa et impacta, conflictantur cum saxis nec vero saxum, h. e. cautes, tollere valent. ipsa autem verba, quae prodit M, mihi videntur sic emendanda esse

ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθους δ' οὐκ ἦεν ἑλέσθαι.

quibus paraphrasis ita accomodanda est ut suppleatur *ἐμάχοντό τινες εἰς λίθους* [*καὶ*

---

1) *νηυσί* scholia Hermogenis et cod. Laur., recte, ut opinor.

2) *κατήλυθον* cod. Laur.

3) *δίψει* scholia Hermogenis.

4) *γένεια* e cod. Laur. Piccolus, ex eodem Hercherus *γένειον.*

5) Primus inter viros doctos, quantum video, Dalecampius, Athenaei editor (a. 1583), aenigmatis interpretationem temptavit, qui classis praefectos intellexit, decem navibus pugnam committentes, ubi pugnatum esset saxis, quamquam in aequore saxum nullum colligi posset; bellatores siti periisse, ardore pugnandi aestuantes, quamvis aqua mentum superaret, depressis ac demersis navibus. deinde Conradus Rittershusius in fabellarum et aenigmatum veterum collectione, quam Phaedro suo a. 1598 edito adiecit, admodum artificiose coniecit, quinque pyctas significari, qui inter se concurrerent decem *πιτύλοις,* nam eo vocabulo non solum pugnum indicari ad pugnandum protensum, verum etiam, quod 'satis frequens tragicis' esset, navem; quem errorem notavit Casaubonus ad Athenaeum p. 770. sed interpretationem eam excepit et complevit I. Scaliger apud Casaubonum, qui intellegit pugiles in lithostroto (*ἐν λίθοις*) certantes, quibus sudor (*ὑδωρ*) 'supra mentum erat.' at pugiles in pavimento lapidibus strato congressos, rem inauditam et absurdam, quaestionis auctor ponere vix potuit. tamen ea enarratio placuit Meinekio in Analectis crit. in Athen. p. 207 prae ipsius coniectura, *Λίθος* unius pugnantium nomen fuisse, quod sane nomen proprium nusquam alias legeretur; dubitat tamen, num *ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου* recte explicetur 'aqua erat supra mentum, sudor nempe.' nunc vulgo quinque viros cum Dalecampio ad funditores referri, at aquam mentum superantem cum Scaligero ad sudorem video; cf. e. g. Hagenum, *antike und mittelalterliche Raetselpoesie* p. 17, Ohlertum, *Raetsel und Gesellschaftsspiele der alten Griechen* p. 88. rectius alii Casauboni et Schweighäuseri exemplum secuti versus illos obscuros esse concesserunt, ut Morawskius, de Graecorum poesi aenigm. p. 59, Friedreichius, *Geschichte des Raethsels* p. 185 sq.

6) Paraphrasis cum exponat *ἐμάχοντο εἰς λίθους*, quod ex communi byzantinorum consuetudine vel a librario vel ab ipso auctore scriptum esse puto pro *ἐν λίθοις*, priorem rationem amplectitur. sed videtur haec quoque ambiguitas consilio quaesita esse.

λίθους] *λαβεῖν οὐκ ἐδύναντο.* si quis tamen singularem numerum *λίθον* utrobique restituere maluerit, equidem non valde refragabor.

Peius depravatum praebet M versum aenigmatis ultimum. quod in carmine olim hominum ore circumlato (*τὸ περιφερόμενον* Athenaeus vocat) non miramur, discrepat M ab Athenaeo in utroque versu non solum culpa librariorum. verba quidem *δίψα πολλὺ τό* patet revocanda esse ad scripturam quae est apud Athenaeum *δίψῃ δ' ἐξώλλυντο*, quod confirmat etiam paraphrasis. at altera versus pars repugnat quo minus ad idem exemplum reformetur. corrigendus ita est

δίψῃ[1]) *δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπὲρ ὦμον ἔβαλλον*[2]).

quibuscum concinunt et paraphrasis verba, praeterquam quod in ea aliquo librarii errore *διὰ τῶν ὤμων ἐξέβαλλον* pro *ὑπὲρ τῶν ὤμων ἐξέβαλλον* legitur, et solutionis *τὸ ζήτημα ναύτας ὑποτίθεται ... τὸ θαλάττιον ἀπὸ τοῦ πλοίου ἐξαντλοῦντας ὕδωρ.* nautae enim, qui haerent in saxis, acri labore aquam sive supra latera navigii sive per rimam intrantem, ad alveum videlicet navis conversi, *ἀντλίοις* sive *ἀντλητῆρσι* h. e. cadis nauticis exhauriunt ac super humeros retro in mare deiciunt. ita siti conficiuntur qui aquam profundunt et mirum in modum redundant aqua; vel, ut est in proverbio, s i t i u n t m e d i i s i n u n d i s[3]).

Apud Athenaeum discrepat versus ultimus, sermone in eandem sententiae ambiguitatem composito. ex simplici verborum intellectu sitiebant homines illi, dum aqua mentum superat; quo auctor quaestionis traducere audientem sive legentem voluit ad memoriam Tantali Homerici, cf. *λ* 583

ἑσταότ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ.

at ex recondito sensu verba *ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου*, ut mihi videtur, ita intellegi voluit: aqua supra mentum ascendebat exhaurientibus, quia eam *ὑπὲρ ὦμον ἔβαλλον.* cf. Hom. *Λ* 735.

εὖτε γὰρ ἠέλιος φαέθων ὑπερέσχεθε γαίης,

λ 93, alia eius modi. non enim credo eum cogitasse navem adeo *ὑπέραντλον* vel fluctibus submersam, ut vectoribus aqua mentum superaret, in quo et superlatio nimis absurda et destituta verborum ambiguitas offenderet. fortasse etiam alicui verba ipsa ad M ita adsimilare placuerit

ὕδωρ δέ τ' ὑπείρεχεν ὤμων.

vel *ὑπείρεχον ὤμων.* ac potest sane aenigma multo usu varie mutatum hanc similemve in versu ultimo formam ante illam quam Athenaeus conservavit aliquando habuisse.

Manet vero etiam nunc difficultas enodandi versus primi, cuius memoriam M oppressit. hunc alii expediant. interim ex solutione reperta hoc conligo. quod per speciem *ὁ γριφεύων* ponit, quinque homines decem navibus iisse, id incredibile ponit; exquirenda quam occultat sub artificiosi sermonis laqueis res probabilis. Meinekius igitur 'primo versu, ait, griphus in eo fortasse cernitur, quod quivis qui haec legit *πέντ'*

1) Nisi cui forte a *δίψα* propius abesse *δίψει* videatur, quod scholia Hermogenis habent.

2) Ego *ἔβαλλεν* enotaveram, at Froehnerus mihi ob discrepantem paraphrasin de litterula *ε* dubitanti rescripsit esse in codice *c*, ut forma propius accedat ad *ο* quam ad *ε*.

3) Plane eodem sensu versum aenigmatis secundum Graecis in consuetudinem proverbii venisse demonstrat Plutarchi locus quaest. conviv. IV 1, 1: *ἐλαφηβολίων γὰρ ὄντων εἰς Ὑάμπολιν ἐπὶ τὴν ἑορτὴν ἀφικνουμένους ἡμᾶς εἱστία Φίλων ὁ ἰατρὸς ἐκ παρασκευῆς τινος, ὡς ἐφαίνετο, νεανικῶς. ἰδὼν δὲ τῶν παιδίων τῶν ἅμα τῷ Φιλίνῳ τὸ νέον ἄρτῳ χρώμενον, ἄλλου δὲ μηδενὸς δεόμενον, 'ὦ Ἡράκλεις, ἔφη, τοῦτο ἄρα ἦν τὸ λεγόμενον ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι'.*

ἄνδρες et δέκα ναυσί coniungit, cum debeat πέντε ναυσί et δέκα ἄνδρες coniungere. ita hoc simile evadit illi incerti poetae versui, quem propter ambiguitatem affert Aristoteles Soph. elench. 4 πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς, de quo dixi fragm. com. IV p. 604.' at quinque navigia, in quibus singulis bini nautae insunt, simul omnia cautibus illisa, rem miram, non intellegitur quem ad finem problema fingat. unum navigium ponit solutio his verbis τὸ θαλάττιον ἀπὸ τοῦ πλοίου ἐξαντλοῦντας ὕδωρ. et hoc verum esse persuasum habeo. obicies exitum versus εἰς ἕνα χῶρον, admonebis de exemplis Homericis, ubi haec verba leguntur de pluribus hominibus eundem in locum convenientibus. atqui hoc ipsum videtur esse ex laqueis illis orationis, quibus aenigma fallit audientem. nam inde ab Aristophane et εἷς τις et εἷς pro indefinito pronomine τίς scribitur haud ita raro[1]); qui usus quamquam posteriore demum tempore increbuit, quoniam ex vulgari consuetudine in litteras se insinuavit, sine dubio aetate satis antiqua diffusus fuit. sane qua ratione verba tradita ad unam navem referri possint, id obscurum mihi est. venit in mentem, ναυσί pluraliter dici eodem iure usuque de una nave quo e. g. in Homericis carminibus ἅρματα saepe de curru uno, πέντ' ἄνδρες δέκα fortasse nautas esse quindecim, id est remiges quattuordecim cum gubernatore sive κελευστῇ. at haec ut singula insolentia sunt, ita coniuncta fidem excedunt. Guilelmus Meyerus noster de ναυσί vocabulo suspitionem movet, fortasse recte, et dubitanter proponit ποσσί, quod de remis quibus navis promovetur intellegendum[2]) summam argumenti potius obvolvat quam aperiat. non oppono testimonia vetera, quae patrocinantur lectioni ναυσί, facile enim hoc vocabulum iam in fonte Athenaei loco moverat aliud significationis obscurioris, sive aenigma ante quam litteris mandatum est in ore hominum usu quasi attritum et depravatum fuit sive librarii vocabulum, quod interpretationis causa adscriptum invenerant, versui inseruerunt. sed offendo in sententia, quoniam griphus hic, ceteroquin componens quae contraria sibi et absona videantur, quinque homines decem pedibus iisse rem narraret nimis ieiunam et naturalem. hac a parte magis placeret ἕξ (vel ἕπτ') ἄνδρες δέκα ποσσί.

Adparet autem, plane eam quaestionem illa ex specie esse, ad quam Aristoteles omnem aenigmatis rationem revocavit, poet. c. 22: αἰνίγματος γὰρ ἰδέα αὕτη ἐστί, τὸ λέγοντα ὑπάρχοντα ἀδύνατα συνάψαι.

---

1) Sufficiunt exempla conlecta a viris doctis quos citat Lobeckius in Patholog. gr. serm. elementis p. 44; quibus sane alia multa addi possunt.

2) Eadem metaphora adhibetur in aenigmate de navi quod inter Pselliana 14 fertur (cf. infra p. 15)

Ζῶόν τι πεζὸν ἀλλὰ νηκτὸν εὑρέθην etc.

Ioannes Geometres (v. infra p. 21) in Crameri Anecd. Paris. IV 350 v. 17 de nautis

καὶ πάλι κώπαις οἷά τε ποσσὶν
εἰναλίην τέμνοντες ὁδόν etc.

qui quem auctorem in his sequatur nunc nescio, nisi forte cum grammaticis quibusdam antiquis locum Homericum κ 32 πόδα νηὸς ἐνώμων (cf. schol. ad h. l.) ad remigium rettulit. facile Nonni nescio quem locum exprimit. cf. etiam Synes. ep. 148 p. 731 ed. Hercher. καὶ εἵλκετο ναῦς, καὶ ἀνήγετο πρὸς οὖρον αὕτη, κώπαις ἐκείνη. ἐγελᾶτε γοῦν εἰκάσαντος αὐτὴν ἐμοῦ ζῴῳ πολύποδι. Theodorus Prodromus νηὸς ὑγροσκέλεος in carmine elegiaco *Notices et extraits* VIII 2 p. 184 (cf. comentat. meam de epigr. syll. minor. p. 16 sq.). — ceterum ποσσί etiam referri potest ad pedes qui in re nautica proprie dicebantur et hodie quoque ποδάρι a graecis dicuntur, hoc est ad funes, quibus vel singulis vel binis adductis velum regebatur, cf. Homeri locum supra allegatum πόδα νηὸς ἐνώμων, et alia, quae composuit Heynius ad Vergilii Aen. V 830.

III. Sequitur problema arithmeticum versuum duorum, qui leguntur in anth. Pal. XIV 6 cum scholio in summa pagina adiecto, quod computationem ex Diophante factam continet [1]). at M in praefatiuncula parasiti esurientis, qui ex horologo tempus quaerit, personam inducens quaestionem aridam cum dramatio aliquo haud illepide conectit; neque dubium mihi est, narratiunculam una cum problemate per manus traditam fuisse. accedunt solutionis ambages scholasticae.

Nihil M confert ad scripturam horum versuum emendandam, qui minus fere corrupti ita in Palatino leguntur

Ὡρονόμων ὄχ' ἄριστε, πόσος παρελήλυθεν ἠοῦς;
ὅσσον ἀποιχομένοιο δύο τρίτα, δὶς τόσσα λείπει.

nam quod M discrepantem lectionem *ὡρολόγων* praebet, ea posthabenda mihi videtur esse Palatini *ὡρονόμων*, quod rectius quam Palatinus *πόσον* et *τόσα* habet, pridem a Brunckio ita correctum est. versu 2 responsum horologi contineri, negabat Boissonadius, quem refellit codicis M auctoritas.

IV. Non invenitur alias, quantum scio, quarta quaestio, quae monostichos est et ad *φοίνικα* spectat

Εἰμὶ πάθος καὶ ἀνὴρ καὶ δένδρον καὶ ὄρνεον καὶ ὀπόρη.

prior versus pars retinuit, altera exuit numeros, quos servato ordine nominum, quem eundem paraphrasis exhibet, ita restituimus

Εἰμὶ πάθος καὶ ἀνὴρ καὶ δένδρεον ὀρνὶς ὀπώρη.

aetatis, qua natus esse videatur, notam et vestigium in hoc versu non reperio; longe pleraque anthologiae libri XIV problematum huius similium saeculis VI VII VIII IX nata esse adparet. plane diversum de phoenice aenigma illic insertum est sub n. 57.

V. De quinta quaestione, quae rursus arithmetica est, non nisi interpretatio et solutio superant, hae quoque lacunosae et depravatae. id vero detrimentum sarcit anthologia Palatina, quae inter Metrodori problemata arithmetica servavit adiuncta computatione versus, quos M perdidit, XIV 118,

Δρεψαμένη ποτὲ μῆλα φίλαις διεδάσσατο Μυρτώ.
Χρυσίδι μὲν μήλων πέμπτον πόρε, τέτρατον Ἡροῖ,
ἐννεακαιδέκατον Ψαμάθῃ, δέκατον Κλεοπάτρῃ,
αὐτὰρ ἐεικοστὸν δωρήσατο Παρθενοπείῃ,
δώδεκα δ' Εὐάδνῃ μοῦνον πόρεν, αὐτὰρ ἐς αὐτὴν
ἤλυθον [2]) *ἐκ πάντων ἑκατὸν καὶ ἐείκοσι μῆλα.*

unde etiam metaphrasis in M, si modo tanti videatur, facili opera refici potest.

VI. In hoc aenigmate nimis properans librarius e contrario enarrationem omisit, in septimo et enarrationem et ipsam solutionem.

---

1) *καὶ τοῦτο ἐφοδεύεται ὥσπερ τὸ κζ διὰ τοῦ β ιοῦ α βιβλίου τῶν Διοφάντου. δεῖ γὰρ τὸν ιβ διελεῖν* etc.

2) Sic codex habet, non quod Iacobsius edidit *ἤλυθεν*. pro *εἴκοσι* dedi *ἐείκοσι*, quamquam is poeta in Homero suo legit (B 510) *ἑκατὸν καὶ εἴκοσι*.

Hoc sextum, quod ex logogriphorum genere est, extat paullo emendatius in anth. Pal. XIV 105. utrique libro commune mendum γένος probabiliter sustulit Iacobsius, qui μέλος substituit; in solutione, qua Palatinus caret, M falso βοῦς pro ποῦς habet. idem argumentum est aenigmatum anth. Pal. XIV 106, Anecd. gr. Boissonadii III p. 441, 12, ibidem p. 449, 36 [1]), Δελτίον τῆς ἱστορ. καὶ ἐθνολογ. ἑταιρίας II (1885) p. 158.

VII. Denique ultimum folii aenigma satis recens ita legitur in anth. Pal. XIV 108

Οὐδὲν ἔσωθεν ἔχω καὶ πάντα μοι ἔνδοθέν ἐστι,
προῖκα δ' ἐμῆς ἀρετῆς πᾶσι δίδωμι χάριν.

ubi et incipit illud et absolvitur, nisi me fallit opinio, rectius. nam lectione οὐδὲν ἔνδον ἔχω pessum dantur numeri, et longius abest ἔνδοθεν οὐδὲν ἔχω. disticho versum unum addens M carmen elegiacum hexametro concludit (clausulam enim hanc esse adparet)

πάντες δ' ἡμετέρης ἀρετῆς μέγα θαῦμα φέρονται.

aliud est, quod anth. Pal. XIV 45 in carmine tristicho duos hexametros versus brevior unus excipit, vel quod Sibyllae aenigma versuum heroicorum quinque finitur pentametro [2]), plane ut epigramma nuper Phaesti in Creta insula repertum [3]); nam nec rara sunt neque ab arte plane absona exempla pentametri clausulam carminis heroici efficientis, quemadmodum etiam Cyniscae titulus Olympiacus anth. Pal. XIII 16, nunc luci restitutus, constat tribus hexametris pentametro uno. quae autem inter titulos metricos sepulcrales exempla illi vere paria extant, ea quoniam vel ab incultis hominibus vel cogente nominum propriorum necessitate facta sunt huc non cadunt [4]). praeterea tertius versus et inanis abundat et barbarismo foedus est, si quidem θαῦμα φέρονται contra iustum usum linguae ponitur pro θαῦμα ποιοῦνται vel ἔχουσιν. itaque hanc dotem codicis M, ut quae ficticia videatur, reicimus. — diversum est Symphosii de speculo aenigma, n. 69.

Ceteris quae per M sparsa sine enarratione leguntur aenigmatis numero paucis num quid forte rationis cum hac sylloga sive potius ecloga intercedat, non quaerimus; relinquimus hoc enucleandum Spiridionis Lambri studio et sagacitati, qui parat aenigmatum byzantinorum longe lateque dispersorum conlectionem [5]). nullum aliud intercurrit, quod etiam in anthologia inveniatur, omnia sunt aetatis infimae, omnia iambis concepta praeter unum in fol. 183 scriptum et valde depravatum, quod a Froehnero mihi enotatum subicio

Αἴνιγμα εἰς τὸ ὄργανον δι' ἡρωικῶν.
Ἤδ' ἐμὴ ἐν χθονὶ γαστὴρ κεῖται ἠδὲ σαλεύει,
αὐτὰρ ἐγὼν ἀέρος περὶ σῶμα βέβηκα ἀραίον.
ἄψυχον δὲ ἐὸν λαλέον τρίψυχον ὁρῶμαι,
λῆξαν τοῦ λαλέειν ψυχὰς ἅμα ὤλεσα.

---

1) Eo comprobatur correctio illa Jacobsii, cf. v. 2 τῶν βροτῶν δ' εἰμὶ μέλος et v. 4.

2) Cf. anthologiae Didotianae vol. III p. 568 (VII 25).

3) Cf. *Neue Jahrb. f. Philologie* 1891 p. 1 sqq.

4) Cf. e. g. in Kaibeli corpore epigr. gr. ex lapid. conlect. (ubi omnino v. metror. tab. p. 701 sq.) n. 34

Πότνια Σωφροσύνη, θύγατερ μεγαλόφρονος Αἰδοῦς,
πλεῖστά σε τιμήσας εὐπόλεμόν τ' Ἀρετὴν
Κλείδημος Μελιτεὺς Κλειδημίδου ἐνθάδε κεῖται.

5) Cf. Δελτίον II p. 153.

quod carmen extat inter Eustathii aenigmata p. 212 editionis Hilbergianae, ubi et alia rectius perhibentur et in exitu *ψυχὰς ἅμα ὤλεσα τὰς τρεῖς* unde *ψυχάς ἅμ' ἀπώλεσα* scribendum est[1]; insuper eiusdam aenigmatis lacera fragmenta ab editore non cognita nuper prodierunt in carminibus Christophori Patricii, quae Antonius Rocchius e codice Abbatiae Cryptae ferratae publicavit, p. 54 c. 111[2]. at neque ad Eustathium auctorem referre illud licet, qui aenigmata conlegit[3], quibus fortasse sua quaedam addidit, neque ad Christophorum referre cautum est; quoniam huius quoque carmina ad se aliena traxisse videntur, non omnia illa Christophoro recentiora, certe plura quam Rocchius p. 7 sq. editionis credidit[4]. et ex quinque aenigmatis quae in codice Cryptensi insunt ne unum quidem est, quod non idem inveniatur inter Constantini Pselli, Basilii Megalomitae, Eustathii quaestiones[5]; qua in re fallitur editor eruditissimus. de 'Pselli aenigmatis' non aliter res habet atque de Eustathianis et Basilianis. sane Woltersius in Musei Rhen. t. XXXVIII (1883) p. 114 scripsit 'sed illi (Basilium et Aulicalamum dicit) collegisse se aenigmata operis titulo fatentur, Psellus condidisse se dicit, nec video cur ei fidem abrogemus'; at haec non recte disputata sunt. iniuria enim hoc Woltersius premit quod in codice Parisino 968, ex quo Boissonadius Pselli aenigmata edidit, titulus illis praefigitur *Ψελλοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ τὸν δοῦκαν αἰνίγματα*, Basilianis vero in Parisino 1630 superscriptum est *Αἰνίγματα συντεθέντα παρὰ Βασιλείου τοῦ Μεγαλομίτου*[6]. nam librarios hoc discrimen parvi facientes, ubi quidem omnino nomen praefixum transscribere placuit, id plerumque nude sine illo verborum circuitu adposuisse, ipsa aenigmata docent exemplis plurimis. quin etiam huic ipsi conlectioni Basilianae, ut Boissonadius adnotat, in

---

1) Praeterea emendandum v. 3 *δέ τ' ἐόν* (cf. *ἄφθογγον δέ τ' ἐόν* in aenigmatis, de quo statim disputabimus, a Piccolo *Suppl.* p. 193 editi v. 14); Hilbergius perperam *δ' ἄρ' ἐόν* proposuit. contra v. 2 M rectius *ἐγὼν ἀέρος*.

2) Antonio Rocchi, *Versi di Cristoforo Patrizio editi da un codice della monumentale Badia di Grottaferrata, Roma 1887.*

3) Hac in re falsus Hilbergius editionis suae p. IX ex uno aenigmatum illorum de Eustathii aetate pravam coniecturam cepit; cf. L. Sternbachium Meletemata gr. I p. 25 sq., Krumbacherum *Geschichte d. byzantin. Litteratur* p. 372.

4) In cod. Hauniensi n. 1899 carmina quae in Cryptensi numerantur Cristophori 14, 15, 16, 36 assignantur Georgio Corcyraeo, cf. *Archives des missions scientifiques, troisième série*, t. VI (1880) p. 187; cuius generis plura facili opera reperiri poterunt.

5) In libram aenigma, c. 21, est apud Psell. 15 (in Boissonadii Anecdotis t. III p. 435), apud Basilium 26 (l. c. p. 445).

In arcum caelestem, c. 35, est apud Basilium 41 (l. c. p. 451); per errorem Rocchius dicit legi hos versus in cod. Paris. 1630 etiam sub nomine Leonis philosophi; ipse Prodromo ex coniectura tribui in comment. de epigrammatum gr. syllogis quibusd. minor. p. 17, non recte, ut iam adparet.

In nivem, c. 47, apud Eustathium est p. 213.

In diei noctisque horas, c. 56, inter Psellianа 28 (l. c. p. 435), item Pselli in codice quodam Cryptensi a Rocchio p. 78 ascito.

In organon, c. 61, inter Eustathii aenigmata, et in M; de quo supra diximus.

C. 137 mutilum dubito num pro aenigmate habendum sit. Millerus in catalogo librorum manuscriptorum gr. bibl. Escurialensis p. 311 e codice aliquo, qui olim Cardinalis Sirleti erat, citat '*énigme τοῦ Μιτυληναίου εἰς Βασίλειόν τινα τὸν ἐπιλεγόμενον Χοιρινόν*'. Christophori Mytilenaei est c. 84, cuius titulus hinc paullo rectius, quam a Rocchio factum est, suppleri potest; aenigma vero quod vocavit Millerus, id suo videtur arbitrio et vix recte fecisse.

6) Cf. meam de epigrammatum gr. syllogis quibusd. minor. comment. p. 17.

altero codicum duorum, ex quibus eam hausit, Parisino 968, superscriptum est *ἕτερα αἰνίγματα Βασιλείου τοῦ Μεγαλομίτου.* item in codicibus Baroccianis 71 fol. 135ᵛ et 111 fol. 63ᵛ post 'Pselli aenigmata' secuntur *ἕτερα αἰνίγματα βασιλέως τοῦ Μεγαλομίτου*[1]. Eustathiana sylloge inscripta est *Εὐσταθίου τοῦ μακρεμβολίτου αἰνίγματα.* quod vero Woltersius etiam ad Aulicalamum provocavit eumque dixit operis titulo fateri se carmina collegisse non condidisse, fugit me quorsum hoc spectet; Boissonadius titulum praetexuit *τοῦ Αὐλικαλάμου αἰνίγματα*[2], alium fontem horum aenigmatum nisi codicem Parisinum 2991 A, ex quo Boissonadius haec edidit, non novi. itaque hoc exemplum valet in contrariam partem. et insunt re vera in Pselli aenigmatis, quae Psello antiquiora sint. ita de navigio illud, quod inter Pselliana numeratur 14, Ioannes Euchaitensis c. 60 p. 35 editionis de Lagardii[3] profert *ὡς ἐξ ἑτέρου*, ut adnectat alieno carmini versus ludicros a se factos (c. 61) in hominem, qui illud futtili arte recoctum, quasi si recens et ab illo diversum ipse excogitasset, Ioanni solvendum proposuerat[4]; ac simul talia vetustatis obsoletae vocabula cumulat in aenigma illud quod c. 60 continetur, qualia vel in extrema veri superlatione non potuisset, si a Psello Ioannis discipulo amico admiratore compositum fuisset[5]. accedunt alia indicia. aenigma inter Pselliana 4, in fumum scriptum, quod legitur etiam in anth. Pal. XIV 5 (ubi in exitu minus recte scriptum est *εἰς ἀέρα*), originis antiquioris esse vel sine adventicia causa ex ipso versuum colore conligerem. iam vero ex illis unum ad verbum fere repetit (cf. etiam anth. Pal. IX 187, 6) Ioannes Geometres (is enim auctor est, cf. indicia a me monstrata in commentatione de epigr. syllogis quibusd. minor. p. 22,1, quibus alia addere possum) in Crameri Anecd. Par. IV 338, 23, quem vix dubium mihi est quin Ioannes, impigerimus antiquiorum epigrammatum lector et compilator (cf. infra p. 21) ex illo ipso carmine ad se traduxerit. vixit autem ille centum fere annis ante Constantinum Psellum, cf. quae l. c. attuli et quae adnotantur in *Archives des missions scientifiques* l. c. p. 185.

Quae cum ita sint, omnem exuit vim persuadendi argumentum illud (nam ipse cetera

---

1) Cf. Catalog. cod. manuscr. bibl. Bodl. I p. 116 et p. 181.

2) Unde Krumbacherus l. c. p. 180 et 372 sine ullo scrupulo Aulicalamum auctorem dicit aenigmatum illorum. ceterum hominem illum etiam ipsum eius generis versus panxisse e nomine, quem sibi facit, conligendum videtur; recte enim Boissonadius adnotat: 'esse puto ipsum nomen *αὐλικαλάμου* aenigmatice compositum. est enim in *αὐλικάλαμος* significatio aulici hominis a secretis vel caniclei praefecti'. de qua dignitate cf. praeter ceteros Guilelmum Meyerum, *zwei antike Elfenbeintafeln der K. Staatsbibliothek in München* p. 38 sq. itaque ille rite lusit nomen suum in modum *τῶν σχεδογράφων*, de quibus cf. Eustath. ad Odyss. *ε* 366 p. 1634, 12 sqq. et ad *π* 461 p. 1809, 8 sqq. — unum ex Basilianis aenigmatis, n. 40 apud Boissonadium (p. 451), Aulicalami dicitur in cod. Laur. plut. 59, 30, ubi solutio vera exhibetur (*αἴνιγμα εἰς πῦρ*), cum illic coniectura infelici adscriptum legatur *νοῦς ἢ ψυχή*'. cf. Piccolominum in *Rivista di filologia* II (1874) p. 156.

3) Sive in Patrologiae graecae a Mignio editae vol. CXX p. 1172 sq. c. 59 et 60.

4) Inscripti sunt *εἰς τὸν τὸ αὐτὸ δι' ἑτέρων ὡς ἕτερόν τι προβαλόντα.* fortasse eundem hominem *γριφεύοντα* castigat Ioannes c. 33 (sive apud Mignum c. 32), ubi cf. v. 94 sqq.

5) Quo exemplo pulcre etiam inlustratur antiquiora aenigmata novandi studium, quod circa tempora illa florebat. vide modo, ut alia transeam, Antiphanis de epistula quaestionem (Athen. X p. 450 e sqq.) in byzantina incude refictum apud Basilium in Boissonadii Anecdotis III 450, cf. Meinekium com. gr. frgg. III 115; a qua longo sane temporis spatio disiuncti sunt illi de navigio versus, quos saeculo circiter VIII vel IX factos esse crediderim.

Henrichseni recte repudiavit), quo fretus Woltersius l. c. anthologiae Palatinae librum XIV a Cephala receptum esse negavit. continentur eo libro aenigmata tria (5, 35, 58), quae eadem insunt in Psellianis a Boissonadio editis; ea si omnia condita sunt a Psello ipso, saeculi XI homine, non potuere a Cephala, qui uno fere saeculo ante vixit, epigrammatum corpori addi; cum vero Psellus aenigmatum syllogen composuerit, in quam etiam aliena et antiquiora traduxit, nihil causae iam relicuum est, cur liber XIV post Cephalam demum compilatus esse videatur. immo vero, ubi reputamus quanto ardore quantaque industria homines byzantini coluerint genus hoc carminum, quod epigrammatis utique accensebant, Cephalam a suo epigrammatum florilegio aenigmata omnino arcuisse parum videtur esse credibile.

Aenigmata metrica vel singula vel plura numero haud raro in codicibus inter alia scripta interiecta inveniuntur; quae fere omnia produnt originem recentiorem et longe pleraque sive senariis byzantinis sive politico versu exposita sunt.

Protraxit Piccolus *Suppl. à l'anth. grecque* p. 192 sqq. e codicibus Laurentianis plut. 32, 16, et 59, 44, inedita edere sibi visus, aenigmata quinque metro heroo et elegio condita, quae omnia recepta sunt in anthologiae Parisinae volumen tertium nuper editum. eorum autem primum est illud *πέντ' ἄνδρες δέκα νηυσί* etc. ab Athenaeo servatum, de quo supra tractavimus; secundum pridem Huetius in Huetianis p. 74 ab Isaaco Vossio acceptum, postea Boissonadius ex cod. Paris. 1409 ad Schaeferi Gregorium Corinthium p. 407, quintum Schaeferus a Bastio ex cod. Paris. 2662 excerptum eiusdem Gregorii p. 682 publicaverant. omnia praeter secundum sine auctoris nomine exhibentur, moleste ferente del Furia apud Piccolum, quod manus improba deleverit nomen poetae aenigmati paenultimo, versuum quattuordecim, olim superscriptum, ultimo vero praefigi *τοῦ αὐτοῦ*, sicut etiam epigrammati quod sequitur, a Piccolo edito p. 194. quae omnia tria, ne fucum aliis faciant, auctori suo reddam simul cum aenigmate, quod poetae memoria destitutum Bastius ex eodem codice illo, Boissonadius ex alio Parisino prompserunt[1]). quaestiones illae tres, quae incipiunt

Σκέπτεο μῦθον ἐμεῖο, ὃν ἐξ ἀφανοῦς ἀγορεύω[2])
Ἐγκύρσας νεπόδεσσιν ἀνὴρ δείλαιος ἀέλπτως
Ἦν ὅτ' ἔην βροτῷ εἴκελος ἄψεα ἠδὲ νόημα

leguntur deinceps in codice Vaticano gr. n. 1404, saeculi XV, ex libris Fulvii Ursini, quo cum alia tum florilegii epigrammatum Planudei eclogae cum scholiis continentur, fol. 241 sub titulo: *τοῦ μοσχοπούλου κυρίου μανουὴλ ἀνεψιοῦ τοῦ κρήτηθεν*[3]). floruisse constat Manuelem Moschopulum, Nicephori Moschopuli, metropolitae Cretensis, patruelem, Planudis amicum atque discipulum, exeunte saeculo XIII, ineunte XIV. item in Monacensi codice 525, saeculi XIV, tria haec carmina ordine eodem extant inter Andreae Chartophylacis Byzantini et Libadini opera, in folio vacuo 114 ab alia quam ce-

---

1) Cf. Schaeferi Gregorium Corinth. p. 682, Boissonadii Anecd. Gr. III 455, sive anthologiae Didotianae vol. III p. 569 (VII 27).

2) Obscurum hoc carmen Froehnerus Philologi Suppl. V p. 6 ad navem rettulit.

3) Cf. Maximilianum Treu, ad Planudis epistolas p. 208 sqq. — in Vaticano sequitur Planudis lusus ille *ἐρήμην ποτὲ καταδικασθείς* etc., qui invenitur etiam alias (cf. Finslerum, *kritische Untersuchungen z. Gesch. d. griech. Anthol.* p. 34 not., et Max. Treu l. c. p. VI), dein Moschopuli rursus alia.

tera sed aequali fere manu interposita, cum titulis rubricatis paene evanidis primi *τοῦ μοσχοπούλου αἴνιγμα ἐπ . . . . ὸν τε καὶ ἔμμετρον*, alterius *τοῦ αὐτοῦ αἴνιγμα*, tertii *τοῦ αὐτοῦ ἕτερον* [1]). apud Piccolum proxime praecedit sine inscriptione hoc aenigma

Ἢν ἐθέλῃς, λαλέω φωνῆς δίχα· σοὶ γὰρ ὑπάρχει
φωνή, ἐμοὶ δὲ μάτην χείλε' ἀνοιγόμενα.

'novicium' recte dixit Bergkius in poetis gr. lyricis III[4] 667; ad consonantem, quae adloquitur vocalem, sagaciter rettulit Froehnerus l. c. p. 6. ante illud vero legitur aenigma hoc

Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου εἰς τὸν παρόντα Ὁμηρικὸν στίχον
ἓξ πόδας ἔχοντα, ὧν οἱ τρεῖς δάκτυλοι.
Κούρη Ἰκαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια
ἓξ ποσὶν ἐμβεβαυῖα τριδάκτυλος ἐξεφαάνθη [2]).

certe non magis propemodum hoc 'aenigma', licet haud illepide excogitatum [3]), a Iuliano Caesare factum esse puto [4]) quam illud *εἰς κοντοπαίκτην*, quod primus Salmasius edidit in Exercitationibus Plinianis p. 726 e codice nescio quo Parisino, ubi praefigitur *Ἰουλιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς εἰς κοντοπαίκτην*, deinde scripturis nonnullis discrepans in Basiliana conlectione sub n. 8 iterum protulit ex alio eiusdem bibliothecae libro Boissonadius [5])

Ἔστι τι δένδρον τῶν ἀνακτόρων μέσον,
οὗ ῥίζα καὶ ζῇ καὶ λαλεῖ καρποῖς ἅμα,
μιᾷ δ' ἐν ὥρᾳ καὶ φυτεύεται ξένως
καὶ καρπὸν αὔξει καὶ τρυγᾶται ῥιζόθεν.

dudum miratus eram, Iuliano imperatori senarios ab ipso etiam Iacobsio [6]) sine haesitatione tribui, qui singuli exeunt in paroxytona et constant syllabis duodenis, hoc est quales byzantini inde a saeculo fere VII condiderunt; ne dicam quod byzantinum monstrant

---

1) Horum non nisi tertium vidit, cui notitiam eius codicis debeo, Aretinus, *Beyträge zur Geschichte und Litteratur* etc. t. IX p. 525; accuratiora docuit R. Schoellius noster, qui non sine oculorum intentione nomen dignovit Moschopuli, idem in primo titulo incertas esse litteras *ἐπ . . . . ὸν* admonens. ceterum aenigma *Σκέπτεο μῦθον ἐμεῖο* etc. absque ceteris legitur etiam in codice Vindob. 203 fol. 189 b (cf. Nesseli Catalog. bibl. Caesar. I p. 304) cum titulo *αἴνιγμα κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου*, item in Vindob. 133 fol. 294 (cf. Lambecii Commentar. de bibl. Caesar. l. VII p. 535), et sine dubio alias saepe. quibus in libris carmen hoc partim emendatius, quam apud Piccolum scriptum est; veluti v. 14, si tanti est, inde corrigendus *πολύθροον ἐξεφαάνθη*. aenigmatis quod incipit *Ἢν ὅτ' ἔην*, versus 5 sq. Boissonadius corrupit.

2) Hinc est quod in *ἐξεφαάνθη* exeunt etiam Moschopuli aenigmata *Ἐγκυρσας νεπόδεσσι* et *Σκέπτεο μῦθον ἐμεῖο*.

3) Cf. quae de eo in Huetianis p. 74 leguntur et inde repetuntur in adnotatione anthologiae Didotianae vol. III p. 582 ad c. 23.

4) Eiusdem generis est anth. Pal. XIV 15.

5) Anecd. gr. III 440. ibi adnotat 'ferme descripsit Iuliani Caesaris aenigma *εἰς κοντοπαίκτην*', unde bis hoc aenigma exhibetur in anthologiae Parisinae t. III (p. 568 n. 22 et p. 573 n. 51), tamquam si Basilius retractaverit Iuliani versus. at haec vero non diversa inter se sunt, sed idem aenigma forma magis genuina legitur in Salmasii codice, corruptiore inter Basiliana Boissonadii. v. 2 ex *μιᾷ δ' ἐν ὥρᾳ* factum est *ὥρᾳ δὲ μιᾷ*, quod admittebat ars metrica byzantinorum inde a saec. fere XI, in v. 4 receptum est interpretamentum quod ad vocabula *καὶ τρυγᾶται ῥιζόθεν* pertinuit ac submovit hemistichium *καὶ καρπὸν αὔξει*, quo hic versus ob ipsam tautologiam vix ferendus evasit

καὶ πάλιν πίπτει καὶ τρυγᾶται ῥιζόθεν.

6) Anth. Pal. append. 42.

vocabula *τῶν ἀνακτόρων μέσον* et a Iuliano scribi non potuerunt. iam vero M fol. 108 habet idem aenigma forma aliquanto cultiore[1]) sub titulo

Εὐσταθίου Κανίκλη εἰς τὸν κοντοπέκτην.

denique lusum in Chirona centaurum, quem Planudes sine auctoris mentione invenit et transscripsit, anth. Plan. 115[2]), Ioannes Tzetzes (cf. Chil. VI 963 sq.) et fortasse etiam Eustathius (cf. comment. ad Il. A 268 p. 102, 6) in aliqua aenigmatum sylloge sive serie legerunt cum lemmate *'Ιουλιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος*, quod eodem similive errore natum fuisse suspicor. his omnibus nomen Iuliani Caesaris inde fortasse adhaesit, quod in florilegio quodam excipiebant cum nudo lemmate *ἕτερον* sive *ἄλλο* Iuliani in organon pneumaticum epigramma aenigmatis quodam modo simile, anth. Pal. IX 365, ubi adnotatur *τοῦτο δὲ παρὰ πολλῶν ἐπαινεῖται τὸ ἐπίγραμμα.* ac vidimus illud in codicibus pluribus interpositum carminibus variis recentioribus, ut in ipso etiam M. omnino byzantini avidissimi fuerunt versuum *τοῦ παραβάτου* et *τοῦ καταράτου.*

Eiusdem codicis M fol. 108 inter Eustathii Caniclae versus *εἰς κοντοπαίκτην* et anonymos *εἰς τραυλόν* iambos, quos Leonis Sapientis esse aliunde discimus[3]), insertum est epitaphium olim celeberrimum Constantinae Augustae, Mauricii uxoris, Tiberii Caesaris filiae, quae sorte multum deplorata post coniugem et filios quinque trucidatos eodem Phoca tyranno iubente occisa est ipsa simul cum tribus filiabus et nuru in portu Eutropii prope Byzantium anno p. Chr. n. 605 ac sepulta cum coniuge liberisque in templo sancti Mamantis martyris. Theophylacti Simocattae, qui Mauricii imperium atque occasum vidit, historiae extremae attingunt Constantinam in coenobium inclusam non dum occisam et describunt antea VIII 10—12 Mauricii et filiorum caedem crudelem oratione inepte florida; qua auditorum conventum, cum Theophylactus eam historiae partem recitaret, in fletus et lamenta solutum esse, ipso in extemporaneam monodiam prorumpente, ibidem legimus[4]). Constantinae vero et necem referunt et epitaphium distichis scriptum adponunt 'Leon grammaticus' in chronicis, quorum partem priorem edidit Cramerus in Anecd. Paris. II 243 sqq. et cum altera coniunctam repetiit I. Bekkerus in scriptorum byzantinorum corpore Bonnensi, Cedrenus et Zonaras in historiis suis, Nicephorus Callisti Xanthopulus in historia ecclesiastica; denique illud exhibet Anonymus in commentario de antiquitatibus Constantinopolitanis a Ricardo Foerstero in lucem protracto[5]).

---

1) Nam ita scriptum ibi est teste Froehnero

Ἔστηκε δένδρον τῶν ἀνακτόρων μέσον,
οὗ ῥίζα καὶ ζεῖ καὶ λαλεῖ σὺν τοῖς κλάδοις,
ὥρα μιᾷ δὲ καὶ φυτεύεται ξένως
καὶ καρπὸν αὔξει καὶ τρυγᾶται ῥιζόθεν.

2) Idem legitur in Palatini codicis primis paginis.

3) Ex codice Laurent. plut. 5, 11, fol. 214^{v}, ubi correctiores leguntur; cf. Bandinii catalog. I p. 30 A. secuntur in M iambi Nicolai Patricii *καὶ κοιάιστορος εἰς πεσόντα ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς τροίας τοῦ ἵππου δουρείου*, quae incipiunt *αἴ αἴ παπαῖ πῶς.* leg. *Νικολάου πατρικιόυ καὶ κυέστορος* et cf. Theophanis chronograph. ed. de Boor. vol. I p. 382, 17 sqq.

4) Cf. etiam Chron. Pasch. ed. Bekker. vol. I p. 694, Theophan. ed. de Boor. vol. I p. 295, Georgium Hamartol. sive monach. IV 226 p. 560 sq. editionis Muraltianae.

5) Cf. Crameri Anecd. Par. II 333 sive Bekkeri editionem Leonis p. 144 sq., Cedren. I 707 B, Zonar. XIV 14, Nicephor. XVIII 41, Anonym. in Foersteri commentatione de antiquitatibus et libris manuscriptis Constantinopolitanis, Rostochii a. 1877 edita, p. 15.

e Zonara translatum est in syllogam Bandurii [1]) et in anthologiae Iacobsianae appendicem n. 102 [2]). ex his Nicephorus et Anonymus in censum non veniunt, quoniam ex Zonara hauserunt; at ceteri quoque, Leo Cedrenus Zonaras, in versuum illorum vitiosis scripturis tantum non perfecte conspirant, quantum quidem nunc videre licet; nam et nullus illorum ita editus est ut quid ipse scripserit adfirmare liceat et lectiones variae ex alio in aliud opus traductae versus multum celebratos fere exaequarunt. certe nec Zonaras nec Cedrenus neque vero Leo eos de monumento descripserunt. sed vel Zonaras Cedreno vel uterque eidem auctori acceptos fert; quem eum fuisse scriptorem opinamur, e quo Leon eadem hausit, nisi forte ipso Leone usi sunt. quod utut est, ad historicos pervenit titulus ex aliquo de antiquitatibus Constantinopolitanis opere ampliore illis, quae nobis sunt cognita. itaque Constantinae epitaphium Jacobsius ita ex Zonarae fide hic illic emendata edidit

Ἅδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου δὲ δάμαρ,
ἡ πολύπαις βασίλεια καὶ ἡ δείξασα λοχείῃ,
ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ
δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίῃ στρατιῆς.
τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα τῆς τ' Ἰοκάστης,
αἳ αἳ τῆς Νιόβης ἔμπνοος εἰμὶ νέκυς.
ναὶ ναὶ τὸν γενέτην, τί μάτην τὰ νεογνὰ ἔκτειναν,
ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;
ἡμετέροις πετάλοισι κατάσκιος οὐκέτι Ῥώμη,
ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη Θρηικίοις ἀνέμοις.

iam nobis praesto sunt codicum miscellaneorum quinque scripturae, quae titulum ab historicis propositum convincunt interpolationis immanis; eam autem adparet per glossemata et interpretamenta grassantem mature, hoc est multo ante quam a Leone ex nescio quo auctore saeculi XI initio exscriberentur, versus illos invasisse. utimur his libris praeter M

V_1 Vindobon. philos. philol. 165 fol. 89 b, quem descripsit et ex quo lectiones protulit J. H. Chr. Schubartus *Zeitschr. f. Alterthumswissensch.* I (1834) p. 1142 sq.

V Vatican. gr. 29 fol. 484, de quo cod. v. supra p. 6.

L Laurent. plut. 5, 10 fol. 195; cf. Bandinii catalog. I p. 28 sq.

R Vat. Regin. gr. 166, saec. XIV, aliis interpositis, quae sunt a scriba aliquanto recentiore; in fol. 209 haec manus recentior Constantinae epitaphium scripsit.

Eorum igitur ope librorum Constantinae epithaphio abstersis sordibus vetustis hanc formam reddimus

Ἥδ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου δὲ δάμαρ,

---

1) Cf. Imper. orient. vol. I l. VII n. 515 p. 154 et commentar. II p. 610 editionis Venetae.

2) Cf. etiam anthologiae editionem Didot. vol. III p. 214 (II 732); sed haec pars levi et subitaria opera fabricata ut in aenigmatis ita hoc quoque in capite ne patulas quidem copias et adminicula adscivit.

ἡ πολύπαις βασίλεια καλῇ δείξασα λοχείῃ,
ὡς ἀγαθὸν τελέθει καὶ πολυκοιρανίη,
κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ
δήμου καὶ στρατιῆς λύσσῃ ἀθεσμοτάτῃ.
ἔτλην τῆς Ἑκάβης πολὺ χείρονα τῆς τ' Ἰοκάστης,
ναὶ μὴν τῆς Νιόβης ἔμπνοος οἷα λίθος.
αἰαῖ τῷ γενέτῃ τί δὲ καὶ τὰ νέογν' ἐπέθυσαν
ἀμπλακίης μερόπων οὐδὲν ἐπιστάμενα;
ἡμετέροισι κλάδοισι κατάσκιος οὐκέτι Ῥώμη,
ῥίζα γὰρ ἐθλάσθη Θρηικίοις ἀνέμοις.

in his quae e codicibus, quae e coniectura restituerim, breviter indicabo. vidi autem sero, non omnia quae ad titulum emundandum conlaturus eram illibatae esse novitatis; namque Heckerus in commentationis criticae de anthologia graeca editione priore (p. 336 sq.), quam ipse anno proximo altera aboluit, lectionibus a Schubarto e Vindobonensi codice excerptis usus nonnulla occupavit eorum, quae primus recte observasse mihi videbar, minus tamen ille, si quid video, felix in eis quae ex coniectura novavit.

V. 1 et poeta et librarius aliquis memores fuere Asclepiadei epigrammatis exordii Ἄδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἀρετά, anth. Pal. VII 145, nam testes omnes ἄδ' ἐγώ habent; item Palatinus in exordio anth. Pal. VII 386 Ἄδ' ἐγὼ ἡ. Dindorfio in Zonara placuit hic et v. 11 formas ponere doricas ἄδ' et ἁμετέροις, quorum hanc ultimam elicuit e Parisini codicis scriptura vitiosa ἀμέτροις, quamquam ceteroquin servavit ionicas librorum consensu testatas. ἄδ' ἐγὼ ἡ tolleraverunt Iacobsius et Boissonadius. pro ἀμφοτέρων licuit etiam poetae scribere ἀμφότερον, at illud servare praestat.

V. 2 VL cum Leone Cedreno Nicephoro Μαυρικίου τε δάμαρ.

V. 3 nomen adiectivum πολύπαις tendit ad Niobae exemplum, quae anth. Plan. 131, 5 est ἁ πάρος εὔπαις, 133, 3 ἁ πολύτεκνος.

Dindorfius mirifice falsus ex Monacensi codice (cf. Dindorf. Zonar. vol. V p. CCLIII) interpolatam scripturam carmini intulit καὶ ἡ δόξαν λελαχοῦσα, quae inepta est. καὶ ἡ δείξασα λοχίῃ antea Ducangius in suo Zonara e codicibus, cf. eius notas historicas in Zon p. 64 [1]); καὶ ἡ δείξασα λοχείῃ Leon MViVLR, nisi quod V cum Cedreno λοχείην [2]). ad haec Iacobsius recte adnotavit: 'vehementer frigent voculae καὶ ἡ, fortasse legendum καλῇ δείξασα λοχείῃ.' cf. ad formam orationis e. g. Agathiae versus anth. Pal. V 273

Ἡ πάρος ἀγλαΐῃσι μετάρσιος, ἡ πλοκαμῖδας
σειομένη πλεκτὰς καὶ σοβαρευομένη,
ἡ μεγαλαυχήσασα καθ' ἡμετέρης μελεδῶνος,
γήραϊ ῥικνωθεὶς τὴν πρὶν ἀφῆκε χάριν.

sed in hoc schemate fere contrito [3]) insolitum est καί articulo in secundo tertiove membro additum, praesertim cum participio exponatur id quod antecedit, ἡ πολύπαις βασίλεια, neque vero nova res addatur. Heckerus coniecit καὶ ἦ δείξασα λοχείῃ, vix recte.

1) De epitaphii versione latina 'antiqua', qua Ducangius hic utitur et quae immigravit in anthologias latinas Burmanni et Meyeri, cf. Foersterum l. c. p. 34.

2) Ducangius adiungit Constantini Manassis chronicon, sed ex hoc Bekkerus expulit Constantinae titulum, qui ab interpolatore e Cedreno post v. 3610 interiectus fuit.

3) Cf. e. g. anth. Pal. VI 1, VII 219; 223; 597, IX 41; 102; 103; 567, XI 72, append. 210; V 129, 271 etc.

Ceterum hic quoque poetae obversatur Niobe, nam Theodoridae carminis anth. Plan. 132 memor partum sive progeniem reginae dicit *λοχείην*.

V. 6 legitur apud Leontem Cedrenum Zonaram qualem Iacobsius dedit, item in LR, nisi quod L *στρατίης*, R *στρατιᾶς* (cum Zonarae cod. Parisino) habet. hinc valde discrepantes offerunt

M *λύσση ἀθεσμοτάτη δήμου τὲ στρατής τε*
VV_i *λύσση ἀθεσμοτάτη δήμου καὶ στρατιῆς.*

unde pentametrum hunc efficiendum illique substituendum esse

δήμου καὶ στρατιῆς λύσσῃ ἀθεσμοτάτῃ

vidit iam Heckerus. dignum fortasse observatu est, quod adiectivum *ἄθεσμος*, poetis haud frequentatum, bis invenitur in Agathiae epigrammatis, anth. Pal. IX 154, Plan. 109.

Distichi quod sequitur versus brevior longum antecedit in Zonarae libris Monacensi Parisino et in LR. ordinem vocabulorum correxi ex MV_iVL.

Inter *τῆς* et *Ἰοκάστης* MV_iVLR omnes *τέ* ommittunt, item, ut videtur, historici.

V. 8 Leo Cedrenus Zonaras *αἴ αἴ* (sive *αἰαῖ*) *τῆς Νιόβης ἔμπνοός εἰμι νέκυς*, idem L, *ἐμπνεόμενος νέκυς* et in marg. *ἔσφαλται* R. at pro *νέκυς* habent *λίθος* MV_iV, hoc sine dubio recte, ut vidit etiam Heckerus. at ne sic quidem sententia recte procedit; nam quod Constantina se mortuam simul et vivam dicit, non nisi miris artificiis [1]) explicari potest. itaque Heckerus *ἄπνοός εἰμι λίθος* scripsit. at Constantina nunc nec *ἔμπνοος λίθος* est nec *ἄπνοος*, neque vero, quod quis opinetur, statua marmorea sed umbra

---

1) Vt docent conatus Iacobsii anth. Gr. t. XII p. 257. plane diverso sensu verbis eisdem utitur Ioannes Geometres in carmine *εἰς τὸ ἔαρ* apud Cramerum Anecd. Par. IV p. 351 v. 9, ita lamentans

ἔμπνοός εἰμι νέκυς, δεδμημένος ἄλγεσι πολλοῖς.

qui consensus, quomodocumque explicatur, non est praesidio scripturae epitaphii manifesto depravatae; vel enim ex eiusdem loci (quem nunc indicare nequeo) recordatione et imitatio profecta est Ioannis et interpolatio tituli, vel Ioannes corruptum hunc versum sibi accomodavit. quod vero huic versificatori (cf. comment. meam de epigramm. syll. quibusd. minor. p. 22,1) tam confidenter carmen illud versuum 121 attribuo, hinc scito conclusum esse. apud Cramerum p. 316 legitur breve carmen *εἰς τὸ θέρος*, cuius in exitu poeta se ipse compellat atque excitat

ἴσον, Ἰωάννη, καὶ σύ τι, κἂν μογέῃς.

veris autem ecphrasin eiusdem auctoris esse atque has aestatis laudes vel clarissime patet. praeterea Geometres se ipse prodit flosculorum ex poetarum antiquiorum pratis decerptorum stipata multitudine. quam rem pluribus demonstrare nec iniucundum est nec infructuosum. nunc unum promo exemplum. eodem in poemate, p. 349 v. 10, legimus

ἤδη καὶ γαῖα χλοερὴν ἐστέψατο ποίην
καὶ λαγόνων προέβη τόκος ὥριος ἡδὺς [ἐύφρων],
ἄρτι μὲν ἐκ καλύκων διδυμόχροον, ἠύτε κούρη
ἐξεφάνη θαλάμων, ῥόδον ὄμμασι τέρψις [ἀίσσει].

ita enim hos versus restituo. iam eorum primus ductus est, ut plura in hoc carmine, ex veris ecphrasi, quae falso Meleagro tribuitur (cf. comment. meam de epigr. syll. etc. p. 10), v. 3

γαῖα δὲ κυανέη χλοερὴν ἐστέψατο ποίην,

tertius vero imitatur Musaei de Her. et Leandro carminis locum v. 58 sqq.

ἄκρα δὲ χιονέης φοινίσσετο κύκλα παρειῆς,
ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον· ἢ τάχα φαίης,
Ἡροῦς ἐν μελέεσσι ῥόδων λειμῶνα φανῆναι.

perdiu est ex quo Musaei v. 59 lacuna distortum puto, quoniam *ἐκ* non habet commodam explicationem; quae suspitio Ioannis imitatione confirmari mihi videtur. sed de hoc alias disputabitur.

loquitur. verum est ἔμπνοος, vitium latet in εἰμί, nam haec ad tempus praeterlapsum spectant; itaque substitui οἷα, quo etiam efficitur ut hoc enuntiatum melius conectatur cum eo quod antecedit. 'eheu, peiora quam quae Hecuba et Iocasta, eadem toleravi atque Niobe', quae dum liberos suos occumbere vidit viva in saxum obduruit [1]) atque exinde est

πέτρος ἐχέφρων
δάκρυσι λαϊνέοισιν ὀδυρομένη στίχα παίδων,

ut Nonnus scribit Dion. XII 79 [2]).

V. 9 Leo Cedrenus Zonaras et LR habent quod Iacobsius dedit, qui commendat εἰ καὶ τὸν γενέτην, τί μάτην τὰ νεόγν' ἀπέκτειναν (sic). at MV$_i$V praebent τί δὲ καὶ τὰ νεογνὰ ἔθυσαν, unde nos αἰαῖ τῷ γενέτῃ τί δὲ καὶ τὰ νεόγν' ἐπέθυσαν. cf. Aesch. Ag. 1504 τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας. Heckerus alibi θύειν pro κτείνειν usurpatum inveniri negat; at poetae menti hic quoque versus in Nioben scripti obversati sunt, Antipatri, si codici fides est, anth. Plan. 131, ubi liberi Niobes dicuntur Φοίβῳ θῦμα καὶ Ἀρτέμιδι, quibus similia adstrui possunt.

Initio versus, quoniam ναὶ ναί particulae in interrogatione locum non habent, detraxi ex versu qui antecedit αἰαῖ, et substitui illic ναὶ μήν. nam leniore etiam medicina haec exordia sanari posse non credo. αἰαῖ interrogationi praemittitur e. g. anth. Pal. VII 122, 476, 517, in titulo sepulcrali apud Kaibelum n. 208 etc.

V. 10 Leo Cedrenus Zonaras et LR praebent eadem quae Iacobsius edidit. contra MV$_i$V ἀμπλακίης μερόπων μηδὲν ἐπιστάμενα, 'egregie', ut Heckerus dicit.

V. 11 M ἡμετέροις κλάδοισι, ceteri testes omnes ἡμετέροις πετάλοισι. Dindorfius ex cod. Paris. interpolato οὐ νέα Ῥώμη dedit.

V. 12 unus R ἐθλάσθη, quod recepi, licet dubitanter. ceteri omnes ἐκλάσθη.

Denique ipsum poetae nomen fidei debetur codicum V$_i$V, qui praescriptum titulum servaverunt Ἀγαθίου εἰς Μαυρίκιον βασιλέα. L ἐπιγραφὴ εἰς τὸν τάφον τῆς γυναικὸς Μαυρικίου Κωνσταντίνης καὶ εἰς τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων, MR nihil superscripserunt.

At tamen huic testimonio, quantumvis gratum obtingit, contraria est opinio de tempore quo Agathias vita cessit vulgo recepta. qui cum secundum Niebuhrium a. 536 vel 537 natus esse credatur [3]), potuit quidem exacta aetate attingere annum 610, hoc est initium imperii Heraclii, Phocae successoris atque vindicis, ante quem monumentum Constantinae et Mauricii excitari vix potuit. at Agathiae historiarum libri in medio sursu subsistentes et Menandri Protectoris, qui eas continuavit, loci duo sane non adfatim perspicui probare videntur, Agathiam morte praematura obiisse sub finem dominatus Tiberii, id est a. circiter 582 [4]). quocum adversa fronte pugnat Euagrii ali-

---

1) Theodoridas anth. Plan. 132,5

ἁ δὲ λίθῳ καὶ σαρκὶ μεμιγμένον εἶδος ἔχουσα
πετροῦται.

2) Cf. II 60, XII 79, XIV 271 sqq., XLVIII 405 sq. fortasse recte Heckerus in epigr. anth. Plan. 133,9 scribit ἔμπνοος αὐτὰ | πέτρος ἔσῃ, Νιόβη. plane diversa est sententia anth. Pal. V 229.

3) Cf. Niebuhrium in Agathiae editione p. XIV, Teuffelum, *Studien und Charakteristiken* p. 238, quibus recentiores omnes adhaerent. recte tamen Buechelerus, *rhein. Mus. n. F.* XXXVII (1882) p. 331, dicit, annum hunc natalem a Niebuhrio infirma ratione adminiculatum esse.

4) Cf. Niebuhrium l. c. p. XV, Teuffelum l. c. p. 241. miror autem Curtium Grohum, qui nuper in libro *Geschichte des ostroemischen Kaisers Iustin II. nebst den Quellen* intra paucas paginas (p. 4 et p. 9)

quod testimonium (hist. eccl. V 23) a Niebuhrio falsa interpretatione remotum, a Teuffelo Menandri auctoritati ratiuncula dubia accomodatum. tamen summam cum facio omnium indiciorum, quae hoc loco longius persequi nolo, Agathiae nomen tueri non ausim, et ob temporum computationem et ob ipsius epitaphii rationem. qui, si recte sentio, ut habet nonnulla quae ex usu Agathiae dicta sint et antiquae elegantiae haud expers simul sonoram quandam gravitatem non infeliciter sectatur, ita in sententiis carere mihi videtur poetae Myrinaei facili dexteritate, velut e. g. parum scite Iocaste interponitur exemplis fabulosis matrum infortunatarum, quibus Constantina sese comparat. at nomen Agathiae ab optimis illis inter MViVLR testibus pro arbitrio vel ex vaga opinatione praefixum esse, cum praesertim byzantinis hoc constitisse dixeris, Agathiam ne imperium quidem Mauricii vidisse, id aegre mihi persuadeo. itaque ni latet in nomine vitium, de iuniore aliquo Agathia, Myrinaei fortasse nepote, potest cogitari.

---

haec sibi contraria edere potuit: *da er* (Agathiam dicit) *nun des Maurikios wie einer Privatperson Erwaehnung thut, so werden wir wohl annehmen können, dass er dessen Regierung nicht mehr erlebt ... hat* (quae argumentatio nihili est), et *auf ihn* (h. e. in Euagrium) *muss wohl auch der Seitenhieb des Agathias bezogen werden, den dieser auf die parteiischen Schriftsteller faellt, da Euagrius, wie er selbst angiebt, seine Kirchengeschichte vor dem Erscheinen des Werkes des Agathias herausgab.* Euagrii historia ecclesiastica et edita est et scripta a. 593 vel brevi post.

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., *Seminarii Regii catechetici exercitationes* die Merc. h. II—III, *exegetici, in quo selectos Nov. Test. locos explicandos* proponet, die Lun. h. VI—VIII moderabitur; privatim *Pauli ap. ep. ad Rom. datam* quinis diebus h. IX—X explicabit; *Theologiam practicam* quaternis dd. h. X—XI tradet.

HERMANNUS SCHULTZ, Dr., *Theologiae dogmaticae partem II*, quinis per hebd. scholis hora XII docebit; *Psalmos selectos* ter per hebd. interpretabitur hora X; *Seminarii homiletici exercitationes* more sueto moderabitur.

CAROLUS KNOKE, Dr., privatim *Studiorum theologicorum Encyclopaediam* ternis scholis h. XII tradet; *De fide intra ecclesiam evangelicam propaganda et confirmanda* ternis scholis h. V disseret; publice *Historiam hymnorum ecclesiasticorum* narrabit die Lunae h. V; *Exercitationes Seminarii homiletici* die Sat. h. IX—XI, *liturgici* h. IX et XI, *catechetici* h. II moderabitur.

THEODORUS HÄRING, Dr., *Theologiam symbolicam* quinis per hebd. scholis docebit hora XI; *Epistolas quas vocant pastorales* bis interpretabitur die Martis et Iovis hora IX; *quibus causis et cogitationibus eos, qui munus ecclesiasticum petant, commotos esse opporteat* exponet die Sat. h. XII publice; *Exercitationes dogmaticas* moderabitur die Iovis hora VI.

PAULUS TSCHACKERT, Dr., privatim *Historiam ecclesiasticam medii aevi* quinis p. h. scholis tradet h. VIII; *Historiam theologiae inde a Schleiermachero* bis p. h. docebit diebus Martis et Veneris h. IV; *Historiam ecclesiarum Brunsvicensis et Hannoveranae nec non aliarum quarundam adiacentium Saxoniae inferioris* binis p. h. scholis adumbrabit diebus Lunae et Iovis h. IV; publice *Exercitationes historicas Seminarii theologici* moderari perget die Veneris h. VI et VII.

b. *Professorum extraordinariorum.*

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., *Evangelia Matthaei, Marci et Lucae* interpretabitur senis p. hebd. lectionibus h. IX—X.

IOANNES WEISS, Lic. theol., *Evangelium Ioannis* interpretabitur, quinquies hora VII, privatim; *Exercitationes exegeticas* moderabitur die Sat. h. VII, privatissime et gratis.

GUSTAVUS KRÜGER, Lic. theol. Dr. phil., *Historiae ecclesiasticae primam partem* quinis scholis docebit h. VIII; privatissime et gratis *Iustini Martyris Apologiam maiorem ad Antoninum Pium, minorem ad senatum Romanum* explicabit die Ven. h. VI—VIII.

c. *Privatim docentis.*

W. BOUSSET, Lic. theol., *Introductionem Novi Testamenti* docebit quinquies h. IX.

II. SCHOLAE ORDINIS IURISCONSULTORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

RUDOLPHUS DE IHERING, Dr., *Exercitationes practicas* moderabitur dieb. Lun. Merc. Ven. h. XII—I.

RICHARDUS WILHELMUS DOVE, D. Dr., privatim *Ius ecclesiasticum* sexies per hebd. h. VII—VIII a. m. docebit.

CAROLUS ED. ZIEBARTH, Dr., quinquies per hebd. *Ius criminale* h. XI; quater *ius privatum Borussicum* h. X tractabit; idem *Ius agrarium* d. Iovis h. IV—VI exponet; publice *Doctrinam hereditariam gravissimorum huius aetatis populorum* inter se comparabit d. Martis h. X.

FERD. FRENSDORFF, Dr., *Ius privatum Germanicum* quinquies p. hebd. h. VIII; *Ius publicum imperii Germanici eiusque civitatum* quinquies p. hebd. h. IX tradet.

C. LUDOV. DE BAR, Dr., *Processum criminalem* tradet quinquies per hebd. h. XI.

FERD. REGELSBERGER, Dr., *Institutiones iuris Romani* sexies p. hebd. docebit dieb. Lun.—Ven. h. VIII et die Merc. h. VII; *Ius commune quod ad familiam pertinet et hereditarium* (*pandectarum alteram partem*) tradet quater p. h. dieb. Lun., Mart., Iovis, Ven. h. VII; *Exercitationes exegeticas in libros digestorum* moderabitur d. Lun. h. V—VII.

IOANNES MERKEL, Dr., privatim *Pandectarum partem primam* (h. e. excepto iure quod ad familiam pertinet et iure hereditario) tractabit denis p. hebd. horis dieb. Lun., Mart., Merc., Iov., Ven. h. XI—I; privatim *Historiam iuris Romani* docebit quater p. hebd. dieb. Lun., Mart., Iov., Ven. h. VII—VIII.

VICTOR EHRENBERG, Dr., *Ius mercaturae cum iure cambiali et maritimo* h. X quinquies p. h. tractabit; *Historiam iuris Germanici* h. IX quater p. h. tradet.

GEORG. DETMOLD, Dr., *Exercitationes practicas processus civilis* moderabitur die Veneris h. IV et V; *Processum civilem* tradet quinquies p. hebd. h. XII—I.

b. *Professoris honorarii.*

THEOPHILUS PLANCK, Dr., scholas non habebit.

c. *Privatim docentis.*

FRID. ANDRÉ, Dr., privatim *De doctrina Pandectarum disputationes* reget diebus Martis h. V—VII, Merc. et Iovis h. VI—VII, Saturni XII—I.

III. SCHOLAE ORDINIS MEDICORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

EWALDUS HASSE, Dr., lectiones non habebit.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem primam* (quae ad nutritionem corporis spectant functiones) tradet h. X quotidie; *Physiologiam generationis et embryologiam* die Veneris h. V—VII docebit et demonstrationibus illustrabit; *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

LUDOV. MEYER, Dr., *Scholas psychiatricas* more solito habebit diebus Lunae et Martis h. IV—VI; *Psychiatriam forensem* docebit horis commodis.

WILHELMUS EBSTEIN, Dr., privatim *Scholas clinicas* moderari perget quinis diebus h. X$^{3}/_{4}$—XII et die Saturni h. IX$^{1}/_{4}$—X$^{3}/_{4}$; *Pathologiae et therapiae specialis* partem dimidiam tractabit quinquies per hebd. h. VII—VIII (excepto die Lunae).

GUILELMUS MARMÉ, Dr., privatim *Pharmacologiam atque artem formulas medicas* rite concinnandi adiunctis exercitationibus practicis *formulas medicas rite conscribendi et dispensandi* ter p. h. hor. XII—I dieb. Mart., Merc. et Iovis docebit; *Toxicologiae specialis part. I* studiosis medicinae eruditioribus bis per h. die Martis et Veneris h. XII—I tradet; *Exercitationes pharmacognosticas et microscopicas* pharmaciae studiosis die Mercurii h. X—XII offert; *Disquisitiones pharmacologicas et toxicologicas* in instituto pharmacologico quotidie moderari perget.

FRANCISCUS KÖNIG, Dr., *Exercitationes practicas in clinico chirurgico* habebit h. IX—X; *Exercitationes in operationibus chirurgicis* horis definiendis moderabitur; publice *exercitationes policlinicas* habebit semel p. h.

I. ORTH, Dr., publice *Aetiologiam generalem* tractabit bin. hor. d. Lun. et Merc. h. III—IV; privatim *Pathologiam generalem* docebit quinquies d. Lun., Mart., Merc., Iov., Ven. h. II—III; privatissime *Exercitationes histologiae pathologicae practicas* bis d. Mart. et Ven. h. III—V; *Exercitationes practicas corpora morbosa secandi* horis commodis instituet.

FR. MERKEL, Dr., publice *Disquisitiones anatomicas* horis definiendis moderabitur; privatim *Anatomiae c. h. partem alteram* quotidie h. XII—I; *Anatomiam generalem* diebus Lunae, Mercurii, Ven. h. XI—XII; *Osteologiam et syndesmologiam* diebus Martis, Iovis, Saturni h. XI—XII tradet; *Exercitationum microscopicarum* habebit p. priorem cum Dr. Disse die Lunae V—VII, die Iovis IV—V.

GUSTAVUS WOLFFHÜGEL, Dr., privatim *Hygienes experimentalis* partem alteram tradet diebus Lunae, Martis et Iovis h. VII—VIII a. m. et publice *Exercitationes hygienicas* gratis moderabitur diebus Mercurii et Saturni h. VII—IX a. m.; privatim *Bacteriologiam* docebit die Veneris h. VII—VIII a. m.; privatissime *Exercitationes bacteriologicas* habebit horis commodis et *Disquisitiones in instituto hygienico* gratis moderari perget.

MAX RUNGE, Dr., *Clinicen et policlinicen obstetriciam et gynaecologicam* h. VIII—IX quater p. hebd.; *Exercitationes obstetricias* h. III—IV ter p. hebd.; *De pelvi angusta* semel publice; *Exercitationes gynaecologicas* privatissime.

H. SCHMIDT-RIMPLER, Dr., privatim *Exercitationes ophthalmiatricas clinicas* habebit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; *Operationes* horis posthac definiendis; privatim *Cursum ophthalmoscopicae et operationum* instituet Mercurii, Saturni h. XII—I, Iovis h. VIII$^1/_2$—IX$^1/_2$.

b. *Professoris ordinarii honorarii.*

HUBERTUS JACOBUS ESSER, Dr., privatim quinquies per hebd. h. VIII—IX *Doctrinam de morbis animalium domesticorum externis*, item *Hippologiam Boologiamque* docebit; *Demonstrationes in nosocomio veterinario* hora commoda habebit.

c. *Professorum extraordinariorum.*

G. HERBST, Dr., *Physiologiam* experimentis et demonstrationibus microscopicis illustratam senis per hebd. scholis h. X—XI docebit.

GUIL. KRAUSE, Dr., privatim *Exercitationes microscopicas* sueto more continuare perget.

C. F. LOHMEYER, Dr., *Chirurgiam generalem* quinquies per hebd. hora VIII—IX leget.

THEODORUS HUSEMANN, Dr., *Pharmacologiam* quinquies per hebd. horis postea indicandis docebit; publice *De fungis edulibus et venenatis* d. Iovis h. V—VI disseret.

I. ROSENBACH, Dr., *Chirurgiam generalem* ter per hebd. die Martis, Mercurii, Veneris h. VIII, privatim; *Exercitationes diagnosticas chirurgicas* bis per hebd. die Martis et Veneris h. III, privatim; *Exercitationes policlinicas chirurgicas* die Saturni h. X$^{3}/_{4}$, alternans cum Prof. König, publice.

O. DAMSCH, Dr., publice *Scholas policlinicas* quotidie h. XII moderabitur; privatim *De methodis disquisitionis clinicae physicis* dieb. Mart., Merc., Veneris h. IV—V; *De methodis sanandi physicis, inprimis ratione electrotherapiae* habita, cum *Exercitationibus practicis in aegrotis* instituendis, dieb. Lun. et Iov. h. IV—V exponet; *Exercitationes laryngoscopicas* habebit die Saturni h. XII—I; *De methodis vaccinandi* una cum *Exercitationibus* exponet horis definiendis.

KURD BÜRKNER, Dr., privatim *De morbis aurium adiunctis exercitationibus practicis otoscopicis* exponet bis per hebdom. diebus Martis et Veneris, h. II—III; *Exercitationes otiatricas policlinicas* eruditiorum consueto modo h. XII—I quotidie moderabitur.

d. *Privatim docentium.*

FELIX DROYSEN, Dr., *De morbis mulierum* disseret ter per hebd. horis definiendis.

OTTO HILDEBRAND, Dr., *De fracturis et luxationibus* disseret bis per hebdom.

I. DISSE, Dr., *Exercitationum microscopicarum* habebit partem priorem una cum F. Merkel, Prof., die Lunae V—VII, die Iovis IV—V; privatim *Exercitationum microscopicarum* alteram partem moderabitur quater per hebd. horis definiendis; privatim *Exercitationes microscopicas de Histogenesi* habebit binis horis definiendis.

ARTHURUS NICOLAIER, Dr., privatim *De disquisitione lotii et sputi cum demonstrationibus et exercitationibus* practicis bis p. h. horis definiendis; publice *De morbis cutis et de affectionibus syphiliticis* semel p. h. hora commoda disseret.

IV. SCHOLAE ORDINIS PHILOSOPHORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

WILHELMUS WEBER, Dr., scholas non habebit.

GEORGIUS HANSSEN, Dr., scholas non habebit.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., scholas non habebit.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice in *Seminario Regio archaeologico doctrinam gemmarum* tradet et *Gemmas in Museo academico adservatas* explicandas curabit, d. Saturni h. XII—I; privatissime *De commentationibus a sodalibus Seminarii Reg. scriptis* iudicabit.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice sodalibus seminarii Regii philologici *Ciceronis oratorem interpretandum* proponet dd. Martis et Veneris h. XI—XII; privatim *Artis latine scribendi pracepta* tradet, *additis exercitationibus* dd. Lunae, Martis, Iovis, Ven. h. XI—XII; *Exercitationes seminarii regii paedagogici* reget dd. Lunae et Iovis h. XI—XII.

FRIDERICUS GRIEPENKERL, Dr., privatim *Doctrinam generalem et specialem de pecudum fetura* dd. Lun. et Mart. h. V—VI; publice *Theoriam de animalium domesticorum varietatibus* d. Merc. h. V—VII; privatim *Agriculturae systemata* dd. Iov. et Ven. h. IV—V tradet; *Excursiones ad theoriam illustrandam spectantes* instituet.

MAURITIUS STERN, Dr., lectiones non habebit.

ERNESTUS SCHERING, Dr., *Theoriam numerorum et realium et imaginariorum* docebit quater per hebd. dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. VIII—IX; in Regio Seminario mathematico-physico publice *Exercitationes mathematicas* d. Veneris h. VI instituet; privatissime gratis *Observationes magneticas* in observatorio GAUSSIANO d. Ven. h. VII p. m. una cum W. FELGENTRAEGER assist. moderabitur.

P. DE LAGARDE, Dr., privatim ter *Grammaticae linguarum semiticarum comparatae partem priorem* tradet, hora XI; privatissime sed gratis *Bolligii chrestomathiam arabicam interpretandam* proponet, bis vel saepius, hora XI.

IULIUS BAUMANN, Dr., privatim *Historiam philosophiae veteris* explicabit duce libro suo „Geschichte der Philosophie nach Ideengehalt und Beweisen“ diebus Iovis et Veneris h. V; *Psychologiam paedagogicam et historiam paedagogiae* tradet duce libro suo „Einführung in die Paedagogik“ diebus Lunae et Martis h. V; publice *alterius societatis philosophicae sodalibus librum II physices Aristoteleae explicandum* proponet die Veneris h. VI, *alterius societatis sodalibus exercitationes* instituet *De rebus sive philosophicis sive paedagogicis sive ad generales scientiarum quaestiones pertinentibus disserendi* die Martis h. VI.

ERNESTUS EHLERS, Dr., privatim *Zoologiam* h. VIII—IX sexies per hebd. docebit; *Cursum zootomicum* h. X—XII d. Mart. et Merc.; *Exercitationes zoologicas* quotidie (excl. d. Sat.) h. IX—I instituet.

HERMANNUS AMANDUS SCHWARZ, Dr., publice *Exercitationes geometricas* diebus Merc. et Sat. horis III—VI instituet; privatim *Functionum ellipticarum usum* exponet quinis per hebd. scholis hora IX; *De superficiebus minimae areae* diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora XI disseret; in Regio seminario mathematico-physico *Exercitationes mathematicas* instituet; *Colloquia mathematica* hora commoda privatissime, sueto more, gratis moderari perget.

C. DILTHEY, Dr., privatim *Artis statuariae graecae historiam ab Alexandri magni usque ad Iulii Caesaris aetatem* enarrabit et *imagines gipseas, quae sunt in museo archaeologico,* explicabit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Ven. h. XII; publice *Exercitationes archaeologicas* habebit die Sat. h. X—XII.

CHR. AUG. VOLQUARDSEN, Dr., privatim *Res populi Romani inde a Caesaris dominatu gestas* tradet diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. VIII—IX; publice *Exercitationes historicas* moderabitur die Martis h. VI—VII.

HEMANNUS WAGNER, Dr., privatim *Geographiam Asiae et Australiae* docebit quater per hebd. h. XI—XII; privatim *De studiis geographicis et institutione geographicà* disseret binis horis die Merc. h. X—XII; privatissime sed gratis *Exercitationes geographicas* moderabitur die Sat. h. X—XII.

A. DE KOENEN, Dr., docebit *Palaeontologiam* quinis horis; *De constitutione geologica Germaniae* semel per hebd. publice; *Exercitationes diriget geologicas atque in determinandis fossilibus* quotidie privatissime et gratis.

G. E. MÜLLER, Dr., *Philosophiam naturae* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IV—V; in societate psychologica *Methodos et problemata psychologiae experimentalis demonstrationibus practicis explicabit* die Mercurii h. X—XII.

LUDOVICUS WEILAND, Dr., privatim *Historiam pontificum Romanorum usque ad nostra tempora* enarrabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Ven. h. IX—X; *Exercitationes historicas* privatissime et gratis moderabitur die Veneris h. VI.

C. VOLLMÖLLER, Dr., privatim *Historiam litterarum francogallicarum* s. XIII, XIV, XV tractabit dieb. Lun., Mart., Merc., Iovis h. XII—I; privatissime sed gratis *in Seminario Romanensi Cristiani Trecensis poema „del Chevalier au lyon"* explicare perget d. Mart. h. V—VII.

EDUARDUS RIECKE, Dr., *Physices experimentalis partem primam, mechanicen, acusticen, opticen* tradet diebus Lun., Ven. h. IV—V, diebus Mart., Iov. h. V—VI; in Seminario mathematico-physico *Physices tam experimentalis quam mathematicae partes* tractabit *selectas* die Iov. h. II—III; in laboratorio physico una cum W. Voigt collega *Exercitationes practicas* instituet sueto more diebus Martis et Veneris h. II—IV, die Saturni h. IX—I.

F. KIELHORN, Dr., privatim *Elementa linguae Sanscritae* tradet diebus Lun., Merc., Ven. h. XII; privatim *Scriptorum difficiliorum capita* selecta interpretabitur diebus Merc., Ven. h. XI; publice *De inscriptionibus Indicis* disseret die Lunae h. XI.

A. KLUCKHOHN, Dr., privatim *Historiam universalem inde ab aevo Caroli V Caesaris exeunte usque ad annum 1763* enarrabit quater per hebd. h. VII—VIII; *Exercitationes historicas* moderabitur privatissime sed gratis die Lunae h. VI.

E. STEINDORFF, Dr., privatim *Theoriae diplomaticae partem I* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. X; privatissime et gratis *Exercitationes palaeographicas* instituet d. Mercurii h. X—XII.

MAURITIUS HEYNE, Dr., privatim *Carmen de Nibelungis* praemissa introductione explicabit quater p. hebd. hor. V—VI; publice in proseminario *Exercitationes theotiscas* moderabitur semel p. hebd. hor. XII; in seminario Regio germanico *Carmen 'Reinaert' a Martino editum* interpretandum proponet semel p. hebd. hor. XII.

U. de WILAMOWITZ-MOELLENDORFF, Dr., publice in proseminario philologico *Statii Thebaidem* interpretandam proponet die Merc. h. VIII—X; *De Platone* disputabit diebus Mart. et Ven. h. IV; privatim *Homeri Iliadem* interpretabitur diebus Lun., Mart., Iov., Ven. h. VIII.

WOLDEMARUS VOIGT, Dr., publice *Capita selecta theoriae caloris* tractabit in seminario physico-mathematico die Merc. h. X—XI; privatim *Theoriam caloris mecanicam* docebit diebus Lun., Mart., Iov., Ven. h. X—XI; publice *Theoriam gasorum et solutionum, quae cinetica vocatur*, exponet die Saturni h. X—XI; privatissime *Exercitationes practicas* in laboratorio physico instituet una cum E. Riecke collega diebus Mart. et Ven. h. II—IV.

GUSTAVUS COHN, Dr., *Oeconomices* partem specialem tradet diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora V privatim; *Exercitationes* seminarii politici moderari perget die Mercurii hora V privatissime sed gratis.

FELIX KLEIN, Dr., privatim *Mechanices analyticae* partem secundam tradet diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; *Aequationes differentiales ordinarias* con-

tinuabit die Merc. h. XI—I; publice in seminario Regio mathematico-physico *Capita selecta aequationum differentialium* tractabit die Saturni h. XI—I.

GUILELMUS SCHUR, Dr., *Astronomiae sphaericae partem primam* quater per hebd. diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora XI privatim tracabit; *Theoriam telescopii* die Saturni hora XI publice tradet; *Exercitationes practicas* in observatorio Regio privatim quotidie moderabitur; in Regio seminario mathematico-physico *Exercitationes astronomicas* instituet die Lunae hora VII p. m.

CAROLUS DZIATZKO, Dr., privatim *Historiam atque usum codicum scriptorum veterum latinorum* docebit diebus Lunae et Iovis h. VIII—IX; *Exercitationes palaeographicas in veteres scriptores latinos* instituet die Veneris h. III—IV.

GUILELMUS MEYER, Dr., lectiones non habebit.

TH. LIEBISCH, Dr., privatim *Mineralogiae partem primam* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; privatim *Crystallographiam chemicam* tradet die Mercurii h. XII—I; publice in laboratorio mineralogico *Exercitationes practicas* instituet.

GODOFR. BERTHOLD, Dr., privatim *Physiologiam plantarum* tradet diebb. Mart., Iov., Vener. h. XII—I; *Plantarum definiendarum* artem docebit die Iov. h. V—VIII; publice *Plantarum cryptogamarum definiendarum artem* docebit die Vener. h. V$^1/_2$—VII; *Exercitationes tam microsopicas quam physiologicas* sueto more moderabitur.

GUILELMUS LEXIS, Dr., privatim *Oeconomiae publicae partem generalem* docebit quater per hebd. dieb. Martis, Mercurii, Iovis, Veneris h. IX; privatissime et gratis *Exercitationes politico-oeconomicas* instituet bis per hebd. h. def.

ALOISIUS BRANDL, Dr., privatim *Vitam et scripta Spenseri* exponet dieb. Mercurii et Veneris h. VIII—IX; *Historiam linguae Anglicae inde ab invasione Normannica usque ad hos annos* tradet dieb. Mercurii, Martis, Veneris, Saturni, h. VII—VIII; in seminario Regio Anglico *Shaksperii tragoedias et comoedias* explicandas proponet binis h. def., privatissime sed gratis.

ALBERTUS PETER, Dr., privatim *Botanices elementa* tradet quinquies per hebd. dieb. Mart. ad Saturn. hora VII ante merid., *Introductionem in floram Germaniae una cum demonstrationibus* offert ter per hebd. dieb. Mart., Ven. hora V; publice *Excursiones botanicas* instituet d. Saturn.; privatim *Exercitationes botanicas microscopicas* tironum in usum diriget nec non eruditioribus offert.

RUDOLFUS SMEND, Dr., privatim *Librum Geneseos* interpretabitur quaternis per hebd. scholis h. X; *Theologiam Veteris Testamenti* docebit quaternis per hebd. scholis h. XI; in Seminario theologico *librum Hoseae* interpretandum proponet die Martis h. VI.

OTTO WALLACH, Dr., privatim *Chemiae generalis partem organicam* (chemiam experimentalem organicam) docebit quinquies per hebdomadem h. IX—X; *Colloquium chemicum* medicinae studiosis offert (cum practico coniunctum) publice d. Lun. h. III—IV; *Exercitationes chemicas et studia eruditiorum* in laboratorio academico una cum Prof. POLSTORFF et Prof. BUCHKA moderabitur tribus modis, scilicet: *Practicum maius* exhibebit diebus Lun., Mart., Merc., Iov., Ven. h. VIII—XII et III—IV; *Practicum minus* partim antemeridianis partim pomeridianis horis iisdem diebus reget; *Tirocinium chemiae practicum* medicinae studiosis iisdem diebus offert horis pomeridianis.

FRIDERICUS LEO, Dr., seminarii philologici sodalibus *Arati phaenomena* cum *versionibus latinis* interpretanda proponet diebus Lunae et Iovis hor. IV; privatim *Vergili*

carmina interpretabitur diebus Lun. Iov. h. XI, Merc. h. X, et *historiam litterarum Romanarum* exponet diebus Lun., Mart., Iov. Ven. h. X.

GEORGIUS LIEBSCHER, Dr., privatim *De opere rustico recte constituendo et administrando doctrinam* tradet d. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XI—XII; *Agriculturam specialem* iisdem diebus h. XII—I; privatissime *Exercitationes* in laboratorio oeconomico physiologico instituet bis per hebd. h. XI—XII; publice *excursiones et demonstrationes oeconomicas* moderabitur d. Saturni p. m.

GUSTAVUS ROETHE, Dr., privatim *De Goethii vita scriptisque* disseret diebus Martis et Veneris h. VI—VIII; privatim *Carmina minora palaeotheotisca* interpretabitur et *in dialectos palaeotheotiscas* introducet diebus Lunae et Iovis h. III—IV; privatim *Artem metricam et synonymicam mesotheotiscam* tradet diebus Martis et Ven. h. III—IV; in seminario Regio Germanico *Carmen palaeosaxonicum 'Heliand'* interpretandum proponet die Martis h. XII—I et *sodalium dissertatiunculas* recensebit die Iovis h. XII—I; in proseminario tironibus *Exercitationes goticas* publice offert die Mercurii h. XII—I.

b. *Professorum honorariorum.*

A. SOETBEER, Dr., lectiones non habebit.

THEODORUS WÜSTENFELD, Dr., *historiam Italiae* inde ab initio medii aevi dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora X—XI domi gratis tradet.

TH. MITHOFF, Dr., *De quibusdam quaestionibus oeconomicis huius temporis* publice disseret die Merc. h. V—VI.

c. *Professorum extraordinariorum.*

CAROLUS BOEDEKER, Dr., lectiones non habebit.

L. DE USLAR, Dr., *Chemiam pharmaceuticam* tradet quater p. hebd. h. III—IV; *Chemiam organicam* in usum medicinae studiosorum docebit quater per hebd. h. IX—X.

B. TOLLENS, Dr., *Agriculturae chemicae partem ad plantarum nutritionem pertinentem* diebus Lun., Mart., Merc., h. X—XI docebit; in *laboratorio agriculturae chemicae destinato* una cum adiutore DUBBERS, Dr., *Exercitationes practicas* quinquies per hebd. h. VIII—XII et II—IV moderabitur.

D. PEIPERS, Dr., privatim *Logicam* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora VIII; publice *De Lockii opere An essay concerning human understanding* disseret die Saturni hora XII.

IULIUS EDUARDUS REHNISCH, Dr., privatim *Historiam philosophiae* tractabit quinquies h. XII; publice *Capita selecta philosophiae religionis* exponet die Sat. h. XII.

CAROLUS POLSTORFF, Dr., *Chemiae pharmaceuticae partem anorganicam* diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IV—V docebit; *Analysin chemicam forensem* diebus Martis et Veneris h. VIII—IX exponet.

FRIDERICUS BECHTEL, Dr., publice *Historiam et principia grammatices comparativae* enarrabit; privatim *De lingua Gotica* binis horis disseret.

UDO EGGERT, Dr., lectiones non habebit.

CONRADUS LANGE, Dr., privatim *Aestheticam picturae et sculpturae* tradet die Sat. hor. VIII—X; publice *De Rembrantio* disseret die Merc. hor. VI; privatissime sed gratis *Exercitationes ad Rembrantii artem pertinentes* moderabitur die Merc. hor. VII.

OTTO FREIBERG gratis *De arte componendi* binis horis per hebd. disseret atque *Artis symphoniacae exercitationes* instituet.

R. PIETSCHMANN, Dr., publice *Historiam artis populorum orientalium antiquorum* enarrabit diebus Martis et Veneris h. VI—VII; privatissime sed gratis *de veterum Aegyptiorum scriptura et lingua* disseret hora definienda.

CAROLUS BUCHKA, Dr., *Chemiam analyticam* dieb. Merc. et Iov. h. VIII—IX docebit.

d. *Privatim docentium.*

OTTO HAMANN, Dr., *Embryologiam comparatam hominis* die Lunae et Iovis V—VI privatim tractabit; *De hominis origine* docebit gratis die Mercurii h. XII—I.

IOANNES DE KAP-HERR, Dr., *De ratione, qua historia socialis* tractatur, disseret diebus Martis et Veneris h. XI—XII.

ARTHURUS SCHOENFLIES, Dr., *Geometriam analyticam* tradet dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris, hora IX; *Exercitationes de geometria analytica* gratis moderabitur die Mercurii h. IX.

TH. PFEIFFER, Dr., *De primis principiis chemiae* partem primam exponet, dd. Martis, Iovis, Veneris h. IX—X.

HERMANNUS HENKING, Dr., *Historiam naturalem animalium mollium* diebus Lunae et Iovis h. VI tractabit; *Animalia musei zoologici* die Veneris h. III monstrabit.

ALFR. KOCH, Dr., *De morbis plantarum quae coluntur*, die Mercurii hora XII scholam habebit; *Biologiam plantarum* die Lunae hora VI gratis docebit.

F. HOLTHAUSEN, Dr., privatim *Historiam litterarum Anglosaxonum* narrabit bis per hebd.; *Linguae veteris norroenae elementa* docebit nec non specimina selecta interpretabitur bis per hebd. priv.

K. RUEMKER, Dr., *De melioratione et varietatibus plantarum rusticarum* die Merc. h. XI—I privatim tradet; *Demonstrationes et exercitationes in melioratione plantarum rusticarum* semel per hebd. gratis instituet.

GUILELMUS CLOETTA, Dr., privatim *Varia linguae veteris provincialis monumenta* interpretabitur dd. Lun. et Iov. h. XI; gratis *Dantis Comoediam* proponet explicandam d. Saturni h. IX—XI.

FRANCISCUS LEHMANN, Dr., *De animalibus domesticis nutriendis* docebit dieb. Mart. et Ven. h. IX.

HENRICUS BURKHARDT, Dr., *Calculum integralem* privatim docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora IX; *Exercitationes de calculo integrali* gratis instituet die Mercurii hora IX; *Theoriam linearum curvarum algebraicarum* privatim exponet diebus Mercurii et Saturni hora VIII.

PAULUS DRUDE, Dr., *De inductione in corporibus dielectricis et magneticis effecta* die Merc. h. XI—I.

WALTHER NERNST, Dr., *Photochemiam* privatim exponet bis p. hebd. horis commodis.

ALFREDUS GERCKE, Dr., privatim *Aristotelis vitam, scripta, doctrinam* enarrabit eiusque *de arte poetica libellum* interpretabitur dd. Martis, Mercurii hora VII, d. Saturni h. IX; publice *Exercitationes de Cornelio Nepote* instituet die Ven. h. VI postmeridiana.

e. *Lectorum.*

ALCIDES EBRAY, Lector francogallicae linguae, *De historia litterarum Francogallicarum saeculi XVII* (pars prima) bis per hebd. disseret; in Seminario romanensi *Exercitationes francogallicas* ter per hebd. instituet.

T. MILLER, Dr., Lector linguae Anglicae, de Quinceii librum *Confessions of an opium Eater* in Germanicum, Eichendorfii librum *Aus dem Leben eines Taugenichts* in Anglicum sermonem vertendum proponet, singulis utrumque horis; *Grammaticas et Anglice scribendi exercitationes* habebit; *De saeculo Drydenii* disseret diebus Lunae et Iovis h. VII—IX a. m.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* docebit dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris, Saturni h. matutinis VII—XI et horis pomeridianis excepto d. Saturni IV—V.

EDUARDUS HILLE, Professor et Mus. Dir. Acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit; praeterea ad societates, quae *Singakademie* et *Orchesterspielverein* vocantur, invitat.

* * *

OTTO PETERS *artem delineandi* die Mercurii h. II—IV publice, *pingendi* horis commodis privatim docebit.

V. ARTIUM EXERCITATIONES.

Musicam, artem delineandi, linguas et litteras cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Saltandi* et *armorum tractandorum* artes magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DISCRIPTAE.

Hora	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
7-8	Evang. Ioannis (5) *Weiss.* Exerc. exeget. (1) *Weiss.*	Ius eccles. (6) *Dove.* Inst. iuris Rom. (1) *Regelsberger.* Ius comm. famil. et hered. (4) *Regelsberger.* Hist. iuris Rom. (4) *Merkel.*	Pathol. et therap. spec. I (5) *Ebstein.* Hygiene experim. I (3) *Wolffhügel.* Exerc. hygien. (2) *Wolffhügel.* Bacteriolog. (1) *Wolffhügel.*	Hist. univ. inde ab aevo Caroli V usque ad a. 1763 (4) *Kluckhohn.* Hist. linguae Anglicae (4) *Brandl.* Botanices elem. (5) *Peter.* Aristotelis vita, scripta, doctrina (2) *Gercke.* De saeculo Drydenii (2) *Miller.*
8-9	Hist. eccles. medii aevi (5) *Tschackert.* Hist. eccles. I (5) *Krüger.*	Ius priv. German. (5) *Frensdorff.* Inst. iuris Rom. (5) *Regelsberger.*	Exerc. hygien. (2) *Wolffhügel.* Clinice et policl. obstetr. et gynaecol. (4) *Runge.* Cursus ophthalmoscop. et operation. (1) *Schmidt-Rimpler* ($8^1/_2$—$9^1/_2$). Doctr. de morb. animal. domest. extern. (5) *Esser.* Chirurg. general. (5) *Lohmeyer.* Chir. gen. (3) *Rosenbach.*	Theoria numeror. et realium et imaginarior. (4) *Schering.* Zoolog. (6) *Ehlers.* Res populi Rom. inde a Caesare (4) *Volquardsen.* Prosem. philol. (1) *de Wilamowitz.* Homeri Ilias (4) *de Wilamowitz.* Hist. codicum script. latin. (2) *Dziatzko.* Vita et scripta Spenseri (2) *Brandl.* Exerc. chem. (5) *Wallach.* Exerc. agricult. pract. (5) *Tollens.* Logica (4) *Peipers.* Analys. chem. forens. (2) *Polstorff.* Aesthetica picturae et sculpt. (1) *Lange.* Chemia anal. (2) *Buchka.* Theoria linear. curv. algebr. (2) *Burkhardt.* De saeculo Drydenii (2) *Miller.*
9-10	Pauli ep. ad Rom. (5) *Wiesinger.* Sem. homilet. et liturg. (1) *Knoke.* Epist. pastor. (2) *Häring.* Evang. Matthaei Marci et Lucae (6) *Lünemann.* Introduct. N. T. (5) *Bousset.*	Ius publ. imp. Germ. (5) *Frensdorff.* Hist. iuris German. (4) *Ehrenberg.*	Schol. clin. (1) *Ebstein* ($9^1/_4$—$10^3/_4$). Exerc. pract. in clin. chirurg. (6) *König.* Cursus opthalmol. et operation. (1) *Schmidt-Rimpler* ($8^1/_2$—$9^1/_2$).	Exerc. zoolog. (5) *Ehlers.* Function. ellipt. (5) *Schwarz.* Hist. pontific. Rom. (4) *Weiland.* Exerc. phys. pract. (1) *Riecke.* Prosem. philolog. (1) *de Wilamowitz.* Oeconomiae publ. p. general. (4) *Lexis.* Chemiae general. p. organ. (5) *Wallach.* Exerc. chem. (5) *Wallach.* Chemia organ. (4) *de Uslar.* Exerc. agricult. pract. (5) *Tollens.* Aesthetica picturae et sculpt. (1) *Lange.* Geometr. analyt. (4) *Schönflies.* Exerc. de geom. anal. (1) *Schönflies.* De primis principiis chemiae I (3) *Pfeiffer.* Dantis Comoedia (1) *Cloetta.* De animalib. domest. nutriend. (2) *Lehmann.* Calcul. integr. (4) *Burkhardt.* Exerc. de calc. integr. (1) *Burkhardt.* Aristoteles (1) *Gercke.*
10-11	Theolog. pract. (4) *Wiesinger.* Psalm. select. (3) *Schultz.* Sem. homilet. (1) *Knoke.*	Ius priv. Boruss. (4) *Ziebarth.* Doctr. hered. gravissim. populor. (1) *Ziebarth.* Ius mercaturae cum cambiali et marit. (5) *Ehrenberg.*	Physiol. experim. I (6) *Meissner.* Schol. clin. (5) *Ebstein* ($10^3/_4$—12). Exerc. pharmacogn. et microscop. pharm. (1) *Marmé.* Physiol. (6) *Herbst.* Exerc. policlin. chir. (1) *Rosenbach* ($10^3/_4$).	Cursus zootom. (2) *Ehlers.* Exerc. zoolog. (5) *Ehlers.* Exerc. archaeol. (1) *Dilthey.* De studiis geograph. et institution. geograph. (1) *Wagner.* Exerc. geogr. (1) *Wagner.* Methodi et problem. psych. experim. (1) *Mueller.* Exerc. phys. pract. (1) *Riecke.* Theoria diplom. I (4) *Steindorff.* Exerc. palaeograph. (1) *Steindorff.* Theoria caloris in sem. phys.-math (1) *Voigt.* Theoria cinetica (1) *Voigt.* Theoria caloris mechanica (4) *Voigt.* Liber Geneseos (4) *Smend.* Exerc. chem. (5) *Wallach.* Vergili carmina (1) *Leo.* Hist. litterar. Rom. (4) *Leo.* Hist. Italiae (4) *Wüstenfeld.* Agricult. chem. ad plantar. nutrition. pertin. (3) *Tollens.* Exerc. agricult. pract. (5) *Tollens.* Dantis Comoedia (1) *Cloetta.*
11-12	Sem. liturg. (1) *Knoke.* Theol. symbol. (5) *Häring.*	Ius crimin. (5) *Ziebarth.* Proc. crimin. (5) *de Bar.* Pandect. I (5) *Merkel.*	Schol. clin. (5) *Ebstein* ($10^3/_4$ — 12). Exerc. pharmacoscop. et microscop. pharm. (1) *Marmé.* Anatom. general. (3) *Merkel.* Osteolog. et syndesmolog. (3) *Merkel.*	Sem. philol. (3) [Ciceronis Orator (2) *Sauppe.* Disputationes (1)]. Ars latine scribendi (4) *Sauppe.* Sem. paedag. (2) *Sauppe.* Grammatica linguar. semit. I (3) *de Lagarde.* Bolligii chrestomathia arabica (2) *de Lagarde.* Cursus zootom. (2) *Ehlers.* Exerc. zoolog. (5) *Ehlers.* De superficiebus minimae areae (4) *Schwarz.* Exerc. archaeol. (1) *Dilthey.* Geograph. Asiae et Australiae (4) *Wagner.* De studiis geograph. (1) *Wagner.* Exerc. geogr. (1) *Wagner.* Methodi et probl. psychologiae experim (1) *Muelter.* Exerc. phys. pract. (1) *Riecke.* Scriptor. Sanscrit. (2) *Kielhorn.* De inscriptionib. Indicis (1) *Kielhorn.* Exerc. palaeogr. (1) *Steindorff.* Aequationes differ. ordin. (1) *Klein.* Aequat. diff. in sem. math.-phys. (1) *Klein.* Astronom. sphaer. I (4) *Schur.* Theologia V. T. (4) *Smend.* Exerc. chem. (5) *Wallach.* Vergili carmina (2) *Leo.* Doctr. de opere rustico recte constituendo (4) *Liebscher.* Exerc. oeconom. (2) *Liebscher.* Exerc. agricult. pract. (5) *Tollens.* De ratione qua hist. social. tractatur (2) *de Kap-herr.* De melioratione et varietatib. plantar. rustic. (1) *Rümker.* Varia linguae vet. provincial. monum. (2) *Cloetta.* De inductione in corporib. dielectricis et magnet. (1) *Drude.*

Hora	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
12-1	Theolog. dogmat. II (5) *Schultz*. Studior. theologic. encyclop. (3) *Knoke*. Quibus causis et cogitationibus eos qui munus eccles. petant commotos esse oporteat (1) *Häring*.	Exerc. pract. (3) *de Ihering*. Pandect. I (5) *Merkel*. Proc. civil. (5) *Detmold*. Disput. de doctr. Pandect. (1) *André*.	Pharmacolog. atque ars formul. med. (3) *Marmé*. Toxicolog. spec. I (2) *Marmé*. Anatom. I (6) *Merkel*. Exerc. ophthalmiatr. clin. (4) *Schmidt-Rimpler*. Cursus ophthalmoscop. et operation. (2) *Schmidt-Rimpler*. Schol. policl. (6) *Damsch*. Exerc. laryngoscop. (1) *Damsch*. Exerc. otiatr. policlin. (6) *Bürkner*.	Sem. archaeolog. (1) *Wieseler*. Artis statuar. graecae hist. (4) *Dilthey*. Hist. litter. franco-gallic. s. XIII. XIV. XV (4) *Vollmöller*. Exerc. phys. pract. (1) *Riecke*. Elem. linguae Sanscrit. (3) *Kielhorn*. Sem. german. (3) [Reinaert (1) *Heyne*, Heliand (1) *Roethe*, Disputationes (1) *Roethe*]. Prosem. german. (2) [Exerc. theotisc. (1) *Heyne*. Exerc. goth. (1) *Roethe*]. Mechan. anal. II (4) *Klein*. Aequat. diff ordin. (1) *Klein*. Aequat. diff. in sem. math.-phys. (1) *Klein*. Mineralogia I (4) *Liebisch*. Crystallogr. chem. (1) *Liebisch*. Physiol plantar. (3) *Berthold*. Agricult. special. (4) *Liebscher*. Locke (1) *Peipers*. Hist. philosoph. (5) *Rehnisch*. Cap. sel. philos. religion. (1) *Rehnisch*. De hominis origine (1) *Hamann*. De morbis plantar. (1) *Koch*. De melioratione et varietatib. plantar. (1) *Rümker*. De inductione in corporib. dielectricis et magnet. (1) *Drude*.
2-3	Sem. catech. (1) *Wiesinger*. Sem. catech. (1) *Knoke*.		Patholog. general. (5) *Orth*. De morbis aurium exerc. pract. (2) *Bürkner*.	Physices experim. et mathem. partes in sem. math.-phys. (1) *Riecke*. Exerc. phys. pract. (2) *Riecke* et *Voigt*. Exerc. agricult. pract. (5) *Tollens*.
3-4			Aetiol. general. (2) *Orth*. Exerc. obstetr. (3) *Runge*. Exerc. diagnost. chir. (2) *Rosenbach*.	Exerc. geometr. (2) *Schwarz*. Exerc. phys. pract. (2) *Riecke* et *Voigt*. Exerc. palaeogr. lat. (1) *Dziatzko*. Colloqu. chem. (1) *Wallach*. Exerc. chem. (5) *Wallach*. Carm. min. palaeotheotica (2) *Roethe*. Ars metr. et synonym. mesotheotisca (2) *Roethe*. Chemia pharm. (4) *de Uslar*. Exerc. agricult. pract. (5) *Tollens*. Animalia musei zoologici monstrat (1) *Henking*.
4-5	Hist. theolog. inde a Schleiermach. (2) *Tschackert*. Hist. eccles. Brunsvic. et Hannover. (2) *Tschackert*.	Ius agrar. (1) *Ziebarth*. Exerc. pract. proc. civ. (1) *Detmold*.	Schol. psych. (2) *Meyer*. Exerc. histol. pathol. pract. (2) *Orth*. Exerc. microsc. I (1) *Merkel* et *Disse*. De methodis sanandi phys. electrother. (2) *Damsch*.	Agriculturae systemata (2) *Griepenkerl*. Exerc. geometr. (2) *Schwarz*. Philos. naturae (4) *Müller*. Physice experim. I (2) *Riecke*. Plato (2) *de Wilamowitz*. Arati phaenom. in sem. philol. (2) *Leo*. Chemiae pharm. p. anorgan. (4) *Polstorff*.
5-6	De fide intra eccl. evang. propag. et confirm. (3) *Knoke*. Hist. hymnor. ecclesiast. (1) *Knoke*.	Ius agrar. (1) *Ziebarth*. Exerc. exeg. in libr. digest. (1) *Regelsberger*. Exerc. pract. proc. civ. (1) *Detmold*. Disput. de doctr. Pandect. (2) *André*.	Physiol. generation. et embryolog. (1) *Meissner*. Schol. psych. (2) *Meyer*. Exerc. histol. pathol. pract. (2) *Orth*. Exerc. microsc. I (1) *Merkel* et *Disse*. De fungis edulibus et venenatis (1) *Husemann*.	Doctr. general. et spec. de pecudum fetura (2) *Griepenkerl*. Theoria de animalium domest. varietatib. (1) *Griepenkerl*. Hist. philos. vet. (2) *Baumann*. Psychol. paedag. et hist. paedag. (2) *Baumann*. Exerc. geom. (2) *Schwarz*. Christianus Trecensis in sem. Romanensi (1) *Vollmöller*. Physice experim. I (2) *Riecke*. Carmen de Nibelungis (4) *Heyne*. Oeconomices p. spec. (4) *Cohn*. Ars plantar. definiend. (1) *Berthold*. Ars plantar. cryptogam. definiend. (1) *Berthold*. ($5^1/_2$—7). Introductio in florem Germ. (3) *Peter*. Quaest. oeconom. h. t. (1) *Mithoff*. Embryolog. comparata hominis (2) *Hamann*.
6-7	Sem. exeget. N. T. (1) *Wiesinger*. Exerc. dogmat. (1) *Häring*. Exerc. hist. sem. theol. (1) *Tschackert*. Iustini apologias (1) *Krüger*.	Exerc. exeget. in libr. digest. (1) *Regelsberger*. Disput. de doctr. Pandect. (4) *André*.	Physiol. generation. et embryolog. (1) *Meissner*. Exerc. microsc. I (1) *Merkel* et *Disse*.	Theoria de animalium domest. varietatib. (1) *Griepenkerl*. Sem. math.-phys. (1) *Schering*. Liber II physices Aristot. (1) *Baumann*. Exerc. hist. (1) *Weiland*. Christianus Trecensis in sem. Romanensi (1) *Vollmöller*. Exerc. hist. (1) *Kluckhohn*. Ars plantar. definiend. (1) *Berthold*. Ars plantar. cryptog. definiend. (1) *Berthold*. Sem. theol. (1) *Smend*. Goethii vita et scripta (2) *Roethe*. De Rembrantio (1) *Lange*. Hist. artis popul. oriental. antiqu. (2) *Pietschmann*. Hist. natur. animal. mollium (2) *Henking*. Biolog. plantar. (1) *Koch*. Exerc. de Cornelio Nepote (1) *Gercke*.
7-8	Sem. exeget. N. T. (1) *Wiesinger*. Exerc. hist. sem. theol. (1) *Tschackert*. Iustini apolog. (1) *Krüger*.			Observ. magnet. (1) *Schering*. Exerc. astronom. in sem. math-phys. (1) *Schur*. Ars plantar. definiend. (1) *Berthold*. Goethii vita et scripta (2) *Roethe*. Exerc. ad Rembrantii artem pertin. (1) *Lange*.

Scholae, quarum horae non indicatae erant, in hoc conspectu commemorari non potuerunt.

24428

LGr.C
A.B
D

Anthologia Graeca

[Dilthey, Carl]
[Symbolae criticae ad Anthologiam Graecam.]

DATE	NAME OF BORROWER
Mar 5/46	[illegible]

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED